

HISTORIAE NOVAE AC VETERES: AB NOVISS. FRANCISCI SFORTIAE TEMPORIBUS: AD FRANCISCUM REGEM FRANCORUM: DUCEMQUE MEDIOLANI: HOC DIALOGO ELEGIACO COMPRAEHENDUNTUR.

Cum gratia & priuilegio.
















BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
FI DES
ANDREAE ASSARACI
SARRACHI TRIVVL
TIAS

AD CHRISTIANISS.GALLIARVM REGEM FRANCISCVM DVCEM MEDIOLANI INVICTISS.A.ASSARACI SARRACHI EPOS PROTREPTICON.



Laudem oēs appetunt.

NAtura stimulāte datū Mortalibus:optēt
Vt laudē:cupiantq́; suis cōtingere factis
Aethera:Gallorū Rex inuictissime:Regū
Grande iubar:moueo:totaq́; in mente reuoluo.
Ni mea me fallit sententia:nulla laborum:
Nulla periclorum merces præstantior extat
Virtuti:quam laus:quam gloria:fama superstes.
In spatio uitæ tam angusto:tamq́; caduco:
Detracta quid laude foret:discrimina mille
Quod subeant homines:patiantur totq́; labores?

Philosophi.

Non hoc Socratici:non qui diuina Platonis
Dogmata percallent:uoto caruere:nec ipsi
Stoicidæ:quāq̄ uarios de laude cauenda:
Et contemnenda scripsere uolumine libros.

Themist.

Xerxe Themistoclem uicto quandoq́; rogatum:
Audiret cuius uocem aure libentius:aiunt:
Respondisse:uiri sua uirtus unde uolasset.

Alex.Magn

Magnus Alexander tumulato inuidit Achilli:
Qui dictus felix adolescens est:quia uatem:
Virtutisq́; suæ præconem habuisset Homerum.

Homerus. Theophanes Mityl.

Hic Mityleneum præclarum Magnus amauit:

Scriptorem rerum donauit & urbe suarum
Arch[ia]m amore pari Marius dilexerat olim: Archias poeta.
Cymbrica gesta puer sua quod libasset: eidem
Plotius extiterat charus. Rudiensis at illi Plotius.
Perplacuit: cui clara dedit cognomina quondã Ennius. P. Aph.
Aphrica: scriptorum his adeo ut si copia desit:
Obruta fama foret: quo corpa uana sepulchro.
Illa antiquorum felicia sæcla fuere:
Q uis laudanda datum fuit effecisse: suosq;
Q ui canerent: celebres sortitos esse poetas.
Non igitur mirum si tu dulcedine laudum
Captus: diuinos si Martis adeptus honores.
Sed tua: quæ nobis tot tantaq; suggerit ætas
Hæc tã firma: decens: robustaq; cuncta quiritũ: Fran. Frãcorum Regis ætas.
Atq; externorum præclara negocia uincit.
Fortunã comitem secum illi habuere secundã:
Q uam cum uirtute æquauit prudentia sola
Regia: prædicens: quæ succedere futura:
Sæpius. O quãtũ: Rex regum: laudis adeptus:
Heluetios domuisse feros: dignissima sceptra Heluetiis uictis Triumph. de Heluetiis.
Et Mediolani cum summo intrasse Triumpho.
Signa gerendarum sunt hæc certissima rerum:
Q uas nec adulator meliores reddere possit
Diminuat nec edax grandes: ueras quoq; liuor.
Deesse pares rebus tantum Francisce putamus Fran. Regis laus.
Scriptores: Rex alme: tuis: cui robur: olympi
Numina: & astra: suum te monstrauere creato.
Lætus inest oculis uigor: exprimitq; iuuentæ.

A iiii



orpore. Erectum corpus ſplendor:facieſue decora.
ercules. Alcidē fugeret non dextra:nec Hectora:feruēs
ector. Prælia primus inis:poſtremus & illa relinquis.
Cæſar. Te uelut Auguſto diſcedit Cæſare nemo
Triſtis:adit Regem te natio quælibet:olim
Nuncius ab nigris Auguſtum ut uiſerat Indis.
ian. Imperio nummos Traiani more nec addis:
o animo. Titus. Ciuibus immo.Titus:totius dicteris orbis
Veſpaſianus Deliciæ:cunctis & gratus Veſpaſianus.
Manat ab ore tuo nullū uerbū haud graue:clarū
Scip. Scipiadem exuperas:quo:reddita ſpōſa marito
A fortuna Intacta eſt mœſto.Tam latos deniq; fines
Quiſnam poſſedit:q̄ tu:uel diuitiora
Regna tuis:Nunq̄ tantum Pelleus obiuit
Calpe Telluri:nec qui Calpen in littore ponti
Heſperii poſuit:quantum Franciſce gubernas.
Ergo quid nobis:impar cum ſcriptor:agendum?
Nunquid erant cæcis tua committenda tenebris
Geſta?meo affectū ſemper quid tale faceſſat.
Malumus ſtrepitus emittere ab anſere raucos:
Incidere in uitium q̄ ingrati pectoris unq̄.
Et quia non auſus ſum tantum ſcribere regem:
Regis ductorē Triualtum extollere Magnū:
Delibando tamen præconia Regia:uiſum eſt.
Cenſuimus:laudādo ducē:cōprehēdere laudes
Eſſe neceſſe tuas:quarum Triultius Heros
Auſpicio eſt Magnus:parui experientia noſtri
Conſtet ut ingenii:ut quid ſit uerſibus aptum.

Quæ canimus Fráciſce legas: Rex maxime regũ:
Facta recognoſcas ſublimia. Dum uacat alto
Seria nec tractas animo: quandoq; relaxet
Exhilaret mentemq; tuam Triuultias: omne — Triuultias
Aurum atq; argẽtum ſuperãs aut grãde tributũ.
Sic Triuultiados: ſuper aſtra: poemate nomen
Euolet alta tuum: felix regnumq; perennet.
Te pulchræ faciat prolis Regina parentem. — Regina
Sic fiant æterna olim quæ geſſeris: & quæ
Tu geſturus eris. Sic ſpiritus æthere ſummo
Regale in pectus deſcendat: Gallicus enſis
In Turcas proprioq; utatur iure prophanos. — Turci
O utinam placeant tibi noſtra poemata. Gentem
Cum Maumetanam deuiceris: ibimus æquor
Per mediũ: & noſtræ dabimus ſua uela carinæ:
Laudaſſe & Regem & ductoré dicar: utrunq;
Famam cumq; illis acquiſiuiſſe perennem.
Heroum quid geſta: carent ſi carmine Vatum?

EXCELLENTISS. PRINCIPI IO. IACOBO TRIVVLTIO GALLICARVM COPIARVM MODERATORI PRVDENTISS. AC ITALICAE MILITIAE INSTAVRATORI CELEBERR. A. ASSARACVS SARRACHVS FELICITATEM.

Dialogi.

Elegiacũ carmen.

PLætosq́ graues non tantũ Philosophos: sed & clarissimos oratores cõperio: inclyte Princeps: Dialogos summa prudentia summaq́ elegantia cõscripsisse: quos quidem imitandos cum mihi proposuissem: non alienũ uisum est: metro potius euagari: poetarũq́ liberiori potestate uti: q̃ strictioribus illorũ legibus astringi: materia utiq́ ipsa potius elegiacum: q̃ Heroicũ carmẽ exigente: quippe quæ principiũ a Mineruæ querimonia sumat: & in omni figurarũ genere constituta non semp in laudibus: sed in æmulis ac peropportunis contentionibus occupetur. Verũ quia noster hic Dialogus abhinc quinquenniũ inchoatus intra scrinia delitescebat: & in lucẽ prodire quãdoq́ cupiebat; operæpretium facturum duxi: si ad id opus absoluendum redirem: supremãq́ illi manum im-

ponerem:quo tuas imperatorias aures tot curarum negociorūq; mole fatigatas oblectarem:atq; illud antea imperfectum nunc in melius reformatum reuiuiscere perinde ac Virbius ex inferis uideretur. Praeterea quemadmodum Parthis mos fuerat:ut Regem nemo citra munus salutaret:ita ego te Triuultium meū de me semper ac fratre benemeritū salutaturus:Dialogum hunc:quē Triuultiada dici uolumus:tibi quāuis maiore digno:munusculum: nostrarūq; lucubrationum primitias dedico. Puto enim id:qualecūq; sit:opusculum:cum uerborum: tum sententiarum:quas continet:uarietatibus:utilitate historica:poeticoq; lepore aspersis:nec tibi nec tui similibus uel breuitate ipsa stomachum commoturum:cum smaragdos:iaspidas:carbunculos:& id genus lapillos quanq̄ minutissimos(absit arrogantia Nemesim excitans)admirari soleamus:quod his nihil pretiosius:nihil nobilius reperiatur:legamusq; Tideum atq; Xantippum paruula fortioris fuisse corpuscula:sed illis animū uiguisse maximū roburq; amplissimū. Enimuero libros magnitudine dumtaxat laudandos quis arbitratur? Quis inquā orationes ac poemata: propterea quod uerborum copia redundent:comprobat? Suscipias igitur tuā hilari fronte Triultiada praesidium tutissimū contra maleuolos & obtrectatores:qui tantum legunt:ut carpant:quorum linguae cotibus liuoris acuuntur: ubi teipsum:tuaq; praeclara facinora recognosces:


Virbius
Parthi.

Triuultias.

Nemesis.

Tideus.
Xantipp.

& quo te affectu & obseruantia prosequamur ex ipsis potissimum cōcionibus:quas tibi suis in locis accommodauimus:dilucidissime iudicabis.Poteris cum ociaberis & feriatus quādoq; fueris ab rerum amplissimarum occupationibus alia super aliam in dies magis ingruentibus:qbus usquequaq; distringens:illam in manibus habere:illam succisiuis temporibus perlegere:quāquidē in uotis habeo meæ erga te beniuolentiæ fideiq; pignus ac testimoniū perpetuum fore.Reliquum est:ut totius argumentum Dialogi pro corolario atq; appendice additū: cū tetrastichis:quid in unoquoq; summatim libro contineatur:declarātibus:indicemq; in calce postpositū:quo facilius oīa tibi innotescant:inspicias. Vale mi patrone princepsq; Illustriss.& Sattachi tui clientis memor uiue.



ARGVMENTVM.



Oannem Iacobum Triuultium appellari Magnum uult Iuno: ob diuitias regnãdiue felicitatem: Pallas uero ob prudentiam atq; militiam: quãquidem togæ præposuit: tãetsi plæriq; in pace Triuultius administrauerit: & citra omnem dominandi cupiditatem domi forisq; claruerit. Petit deinde Iuno uinci metuens: nunquid militia potius uirtute corporis q̃ animi cõstaret? Minerua respondet: pbatq; plurimis rationibus militiam ab utroq; sed magis animo procedere: quibus licet Iuno assentiri nollet: prouocat tamen Palladẽ in certamen ad decantandas Triuultii laudes: nullo arbitro assistente. Tunc Pallas quæ iam parumper laudare cũ cœperat a corporis dotibus: ne illas penitus aspernari uideretur: annuit. Itaq; Deæ pro uirili sua Triuultium extollunt: hac lege. ut quæ melius illius laudes amplexa fuerit: eadem Magni cognomentum indiderit. Muris igitur atq; innumeris utrinq; laudibus effusis: ortaq; inter eas contentione admodum iurgiosa: uidẽt Deam fidem ad se uenientem: quã illico disceptatricem cõstituunt. Hæc autẽ longiore habita oratione neutri adhærens: cum oĩa in Triuultio absq; Fide inconcussa essent ruitura: totam sibi laudem: palmamq; assumpsit: ac pro se ipsa sententiam pronunciauit.

PRIMI LIBRI TETRASTICHON.

Pallada compellat primo Dea Iuno querentem
Sublimes nusquam [illegible] os: cognomine Magnū
Triuulcum dixisse noue [illegible] odulamine Diuæ
Contendunt: & quanta domus Triuultia pandūt.

SECVNDI.

Magni Triulti generalia facta secundo
Narrantur: distincta bonis tribus: ore Sophorum
Vt constantdotes animi qui laude suprema:
Corporis: & uariæ fortunæ commoda tollunt.

TERTII.

Tertius in specie describit fortia gesta
Triulti: necnon aliorum bella uirorum.
Vltima Sfortiadæ Francisci tempora præbent
Principium: finem finitaq; uita Roberti.

QVARTI.

Buccalinus habet quarti primordia libri:
Exilium Magni ducis:& bella orta quiritum
Francorumq; inter Reges:sed pace secuta:
Parthenopen latio rex Charolus occupat urbem.

QVINTI.

Quintus:apud Tarum fuerint quae praelia:narrat:
Ludouici aduentum Gallorum Regis:abegit
Qui Maurũ regno:Venetos &:ubi Abdua:uicit:
Victus & humanis:Italisq; recessit ab oris.

SEXTI.

Exprimitur sexto uictoria Gallica Regi
Francisco concessa:feros qui clade recenti
Heluetios domuit.Fidei commissa: Dearum
Arbitrio:lis est:sibi laudem haec arrogat omnem

Alexandri Comitis Epigramma ad Lectores.

Qui cupit historias modulis spectare recentes
Et ueteres: Artis uim quoque siunat opus.
Pallas: Iuno: Fides: de Magni nomine certant
Triuulti: Fidei sed datur omnis honor.
Horrida clarorum narrantur bella uirorum:
Altiloqui Vatis cuncta libellus habet.
Liuidulus mordax: & plenus felle: recedat.
Assaracum incessat nec mala lingua meum:
Dente Theonino munitum Rhinocerota
Inueniet: meritum supplicium que dabit.
Sicut Hiarbitae fluxerunt uiscera rupta:
Sic illi per hustium non recitanda fluent.

Hyacinthi Arpini.

Carmine res gestas: Triuulti & fortia facta
Historia praestat commemoranda fide:
Contexta ad nostrum miro trahit ordine tempus
Maiorum: Andreas que Regis Assaracus.
Clara ducum: Regum que patent exempla per aeuum:
Ac Triuultiacae laus animata domus.
Viuet opus: nomen que tuum: nec fida uetustas
Arguet a sacro prodita facta uiro.
Bellorum: pacis que idos: qui noscere mores
Ardebit: librum hunc dux Iacobe petet.
Et discet geminae prorsus documenta legendo
Fortunae: Et uirtus quid queat indomita.

A. ASSARACI SARRACHI TRIVVLTIADOS LIBER PRIMVS.

Iu. Agna mouere animo Pallas te suspicor alto
Aethere cum longum despicias Latium.
Anxia tota mihi necnon suspensa uideris.
Quaenam cura potest te cruciare Deam?
Pa. O regina Deum: miserorum fata nepotum:
Et uarias hominum defleo moesta uices:
Quodque duces magnos non proferat Itala tellus
Heroum quondam tot celebrata parens.
Iu. Non adeo effoeta est: nec uires perdidit omnes.
Italia innumera debilitata die:
Nam similes priscis nostro quoque tempore format:
Et norunt summos saecula nostra uiros.
Pa. Solus in immensa Triuultius urbe repertus:
Quem dictum magni nomine gesta probant:
Qui Mediolanum patriam fortissimus ornat:
Hostis & aduerso quo duce quisque tremit.
Iu. Quis magni indiderit Triuulto nomina primus?
Dic Iouis e puro uertice nata Dea?
An ne hominum coetus? an publica cura Deorum
Tanti admirantes inclyta facta ducis?

Palladis querimonia.

Italia.

Propositio cum narratione

Pa. Miror chara Iouis soror:& saturnia coniunx:
Præscia uenturi:præteritiq; memor:
Vt te sublimis lateat cognominis author:
Quod uolat assiduo cuncta per ora sono.
Iu. Ecquid ais:quanta premeris caligine rerum:
Pectore dum nescis ista reposta meo.
Interdum simulo:sed nunc ut seria promam:
Præmia tam longo parta labore dedi.
Pa. Quonam Iuno modo potuisti dicere magnum
Fare age:si uerbis:si ratione uales.
Falleris:ast ego sum per quam Triuultia proles
Magna uiget magnis prædita nominibus.
Iu. Nulla referre mora est:libeat modo credere uero:
Atq; supercilium deposuisse tuum.
Magnum appellaui consors ego sola tonantis:
Ob multas olim quas cumulauit opes.
Pa. Atq; nunq̄ mortale genus cœlestibus addunt
Nec maris eoi gemma:nec unda Tagi.
Prudentia. Vnica ductores reddit prudentia claros:
Qua sine fortunæ munera cuncta ruunt.
Iu. Regnorum Dea sum:multis prudentia laus est:
Ambobus iunctæ si tribuantur opes.
Regnandi felicitas. Hunc igitur uoluit regnandi gloria fœlix
Allexisse uirum:cui placet altus honor.
Pa. Huic placet altus honor solis uirtutibus auctus:
Non quem dant census ambitioq; tumens.
Non hic regnandi cupidus:sed bellica cordi
Pace magis res est:militiæq; decus.

Iu. Turpe duci studium placidæ nesciſſe quietis:
Et summam rerum spernere uile fuit.
Hanc amplexati Fabius:rigidiq; Catones:
Et Curii:& belli fulmina Scipiadæ.
Pa. Præposuit licet arma togæ:pacem tamen ipsam
Fouit:in imperio iuraq; sancta dedit.
Claruit ergo domi atq; foris Dux inclytus armis:
Ob pacem forti quæ capienda manu.

Bella quare sumenda.

Iu. Qui fieri credat quisquam:contraria:nexu
Coniungi inter se tam ualido:studia?
Si ualet ingenio:si mens tua præstat acuto:
Disere:conueniant qua ratione simul.
Pa. Ingenue fateor:quod pax & bella repugnant:
Muniaq; hæc raris sunt obeunda uiris.
Attamen iste meus mira grauitate refulgens
Callet utrunq;:magis dum fera bella probat.
Iu. Disere:ni graue sit:studio quid geſſit utroq;:
Forsitan & dictis obsequar ipsa tuis.
Hactenus at uerbo deliro sensa uideris
Fundere:nec nosti:quid tibi stulta uelis.
Pa. Hic Mediolanum prudens: magnæ altera Romæ
Mœnia:tranquillo temperat imperio.

Mediolanũ.

Resq; Italas tanto tractat moderamine:numen
Demiſſum ut cœlo quilibet eſſe putet.
Iu. Hæc populi insubres norunt:latiumq; superbum;
Nanq; opus hoc nostrum:primaq; causa fui.
Et dedit huic Iuno & promisit plurima: census:
Oppida:Iunonis numine magnus adest.

Pa. Momenti rursus parui rationibus instas:
Nam quid opes aliud sunt:nisi cura leuis?
Prosequar alterius studii discrimina:fari
Permittas:& si non mea dicta probes.
Iu. Asserere haud ausim:dicendi sola facultas
Diuitiæ. Sit tibi:diuitiis qui caruere:iacent.
His sine uirtutum pauci conscendere collem
Difficilem possunt:his sine quisq; miser.
Pa. Hæc bona fortunæ faciamus missa:supremus
Militiæ hic princeps:dux & in orbe ducum:
Scipio cui:& Fabius cedunt:iustusq; Camillus:
Pellei:& Pœni gloria prima soli.
Iu. Verius hoc adytis Phœbi:sed dicere pergas:
Ars hæc sit ne bonum corporis:aut animi?
Tunc ego te dicam sapientem Pallada:nullum
Est ænigma tibi quandoquidem dubium.
Militia bonū animi ac corporis. Pa. Corporis ac animi consistunt robore bella.
Pars tamen est animi dignior ac melior.
Altera nam alterius pars adiumenta requirit.
Felix:naturæ munere:utrunq; tenens.
Iu. Si tua uis superet sententia:da modo sensus
Palladios uerbo splendidiore mihi.
Nec tam confidas sophiæ:quod stulta puteris.
Non:qui prudentem se putat:est sapiens.
Pa. Accipe rem:cunctis quæ luce est clarior ipsa.
Fortem imprudentem dedecet esse uirum.
Robore corporeo præstans temerarius extat:
Si nulla uires temperat arte suas.

Iu. Iam iam fortunæ:potius Iunonia dona
Damnabis:robur corporeumq́ꝫ premes.
Num pollens animo poterit sine uiribus unq̄
Vincere?ne dotes tam foueas animi.
Pa. Pallados est animus uirtus:hunc quisq́ꝫ fatetur
Participem cœli:participemq́ꝫ mei.
Nanq́ꝫ potest melius cor nobile uiribus impar
Vincere:q̄ corpus cordis honore carens.
Iu. Hoc ego non credam:nisi das exempla uirorum.
Nam minus exemplis uerba mouere solent.
Implicuisse puto longis ambagibus optas:
Ac mentem innata calliditate meam.
Pa. Dareus probat hoc multo cum milite:Xerxes:
Atq́ꝫ alii:tamen hi succubuere duces.
Quorsum hæc?nōne noua rex gallicus ille superbos
Affecit plures clade ferox Venetos?
Iu. Naturam seruare tuam uis dira malignam:
Nec te Iunonem dilacerare pudet.
Sentio paulatim:quo nunc tua carmina tendunt:
Colligere exoptas:resq́ꝫ notare meas.
Pa. Non ego corpoream uim:nec tua dona refello:
Sed potius iuncta cōmoditate probo.
Sunt etenim humanæ bona conducentia uitæ
Ista:sed excelsum mens animosa facit.
Iu. Nescio qui possent hos gryphos pandere uates:
Nunc tibi laudantur:nunc renuuntur opes.
Aenigma hoc nūq̄ Sphynx solueret:Oedipus eēt
Omnino dubius:Phœbus & ambigeret.

Animus.

Dareus.
Xerxes.

Venetorum clades apud Abduam. Ludoui.Rex xii.

Pa. Sermo meus facilis:nescis:quia scire recusas:
Non loquor obscuro:diua Mineruæ sono.

Statura Magni Triul.

Præstanti magnus forma Triuultius extat:
Quem facies ornat digna:decensq; color.

Iu. Conclusisse putas:mala sed conclusio:corpus:
Censum:animũ extollis:sed magis ipsa animũ.
Terna Iacobus habet dictis celebrata sophorum
Munera:palma tamen danda nec est animo.

Pa. Dicito quod mauis:cano decet ille capillo:
Cui nasus pulchro pandus ab ore nitet.
Adde:quod & corpus miro moderamine frœnat.
Fortia continuo crura tenore uigent.

Iu. In cute te noui:& mentis penetralia:magnum
Laudandum:scio:nunc suscipis inde uirum.
Vis igitur campo laudum certemus aperto?
Vicissim:nostris si meliora canes?

Pa. Ne nimium fidas ausis temeraria cœptis:
Icarus:& Phaeton:Anipedesq; monent.
Si uincar:uinci patiar:si uicta dolebis:
Iudicium nostrum nec subiisse uoles.

Iu. Me nunq̃ læsit iudex:ac arbiter æquis:
In uentos abeant iurgia sæua leues.
Iam iam laudemus:quem gens Triuultia summũ
Edidit:incipias prima Mineruæ sequar.

Pa. Incipiat potius:quæ Pallada prouocat alma
Iuno prius laudes:dux Iacobe:tuas.
Ac primas sumat posito in certamine partes:
Sed uereor:nullo iudice:rixa cadat.

Iu. Si sedet hoc animo:coniunx ut clara tonantis
Præueniam:primo congrediarque loco:
Ordiat excelsas Iacobi carmine laudes:
Cognomen dederit:quæ potiora canet.
Pa. Incipe:permitto Triuulria nomina pandas:
Fraudentur titulis ne ducis acta suis.
Quorescúque cadent:tandem secuta probabo:
Hunc saltem cunctos exuperasse duces.
Iu. Vatis Cumeæ:seu natæ temporis antro:
Iunonis sermo(nunc mihi crede)fluit.
Nemo fuit:nec erit Triuulti nomine maior.
Assentatricem gratia nulla facit.
Pa. Pegasidum regina faue:cantusque Mineruæ
Dirige Amœbæos Calliopea deæ.
Versibus alternis scio te gaudere:iuuabis
Pallada si doctam:muneris id sat erit.
Iu. Tu tibi diffidens imploras numina:quis non
Perpendat?nullas inuoco diues opes.
Cynthius:has uellem quando imploras:moueret
Aonio cunctas ex Helicone deas.
Pa. Dux hic uirtutum cunctarum:recto:alumnus:
Quem diuum exornat munere quisque suo.
Atridemque graui uincit sermone minorem.
Pauca isti:uerum musica cuncta fluunt.
Iu. Stemmate deduxit claro genus:atque parente:
Ardua pro patria quem subiisse patet.
Contentus mediis:fasces tamen attigit altos.
Altius ascendit:quo magis ima petit.

Palladis inuocatio tantum.

Menelaus.

Laus a genere.

H

Pa. Omnibus ostendit laudes fore splendidiores:
Vnica quos uirtus:aut bona fama creat.
Effulsit toto iam iam clarissimus orbe:
Maiorum titulis:deinde nitore suo.
Iu. Illustris:uetus &:domus est Triuultia:cuius
Maiores atauos transeo uel proauos.
Antoni⁹ pater. Triuulti genitor felix Antonius ille:
Qui meruit tanti principis esse pater.
Renatus & Io.Firmus fratres. Pa. Hic etiam Firmum:& Lucina astante Renatum
Ciuibus eduxit:pignora grata suis.
Claruit ille armis:tranquilla hic pace:sed ambo
Consiliis mores excoluere suos.
Beatrix uxor Iu. Commendata domus:si coniunx illa Beatrix
Non oblita tibi:norma pudicitiæ.
Quam cultu:incessu:comitatu:parca:modesta:
Romanas possit quæ superasse nutus.
Pa. Sanctius est qd enim?quidue hac præstātius usq̄?
Nomine quæ fausto dicta:beata beat.
Vxor ubi similis:si totum uolueris orbem?
Cedit in immensum tanta uirago decus.
Iu. Hæc quot uota:preces:delubris iusta Beatrix
Effudit:cessat nec magis inq; dies.
Hæc quanta in miseros inopes pietate mouetur:
Paupertate putans sublatitare Deum.
Pa. Ne prostent:multis est impartita puellis
Dotes:ægrotos uisere sæpe solens.
Plotina. Traiani ueluti coniunx Plotina:recusat
Nil:quod scit domino perplacuisse suo.

Iu. Vxores cunctas:stola matronalis:honestat:
Ac pudor:obsequium conueniensq; uiro.
Quid laudabilius:q̃ si matrona recenset
A meritis:& non nobilitate decus.

Pa. Sed quid consector matronæ singula magnæ:
Quæ mea mens sentit:deniq; nunc referam.
Nil aliud reor hunc tantis seruasse periclis:
Quam uota uxoris persoluenda piæ.

Iu. Nicoleos fuit & patris uestigia seruans:
Cui mirum ingenium:mensq; senilis erat.
Cognita Misochi comitis uigilantia cunctis:
Nam patrios mores:sicut & ora:tulit.

Misochi Comes filius.

Pa. Regius in nostris Magnus uenator in oris:
His corpus studiis:his animumq; iuuans.
Excussisse feras antris:lustrasseq; saltus:
Summus honor priscis:& superasse iuga.

Venationis laus.

Iu. Artibus his olim ductores imbuebantur:
Militiam ut possent sic tolerare grauem.
Sic gemini celebres:Theseus:Meleager:Achilles:
Et cui trabs salsum prima cucurrit iter.

Iason.

Pa. Duricies multum laudanda est corpore in omni:
Dūmodo mens isti fortior imperitet.
Mirabor:quem non eneruat luxus:& amplæ
Deliciæ:rerum copia:debilitant.

Iu. Ecquid in hoc puero Francisco nuper ad auras
Aethereas:possim concinuisse dato:
Ni mea me fallunt præsagia:Magnus in orbe
Hic erit:effingit q̃ bene totus auum.

Franciscus nepos.

Pa. Nimirum pueri magna expectatio Magno
Triuulto:putat hunc esse domus columen.
Omnis in hunc puerum sollertia tendit auita:
Omnis in hoc nato spesq; reposta manet.

Camil. Filius

Iu. Indole praeclara:proles dilecta:Camillus:
Q ui totus similis cernitur esse patri:
Imbibit assiduo patrios libamine mores:
Seq; satum tanto de genitore probat.

Pa. Degeneraturum nunq̃ puto stirpe Camillum:
In bello fortem uaticinorq; fore.
Exposuit magnis sese quandoq; periclis:
Filius adiuuit plenus amore patrem.

Iu. O quoties:ac non uno discrimine:patris
Auxilio:soboles clara:Camillus adest.

Ambr. Filius

Ambrosius sequitur diuini formula iuris:
Humaniq;:breui tempore praesul erit.

Pa. O quot clara uiris gens est Triuultia summis:
A magno magnum lumine lumen habens.
Illustris fuerat:sed nunc illustrior:ex quo
Illuxit fulua lampade grande iubar.

Comi Episcop⁹ & Astae nep.

Iu. Praesulibus floret germanis illa duobus:
Como:Astae:praesunt urbibus ambo suis.
Docte pedum Comense regis Scaramutia:sacrum
Anton:baculum tradidit Asta tibi.

Pa. Caecropia rutilum diua aspirante galerum
Auguror his:olim quem domus alma tulit:
Vtq; triplex cingat paulatim tempora mitra
Alterutri:triplici tempora digna mitra.

Iu. Succedunt alii comites:Hieronymus:atq; — Hieronymus & Alexander nep.
Alter Alexander:fulmina militiæ.
Heu quoties memini:feriunt præcordia fratres
Horum nostra nimis:qui periere duo.
Pa. Cruda Cathellanum rapuit mors:fila Georgi — Cathellan. & Georgi. nep.
Abrupit uitæ de tribus una soror.
Est & Ioannes Firmus satus hoc duce summo: — Io. Firmus pronep.
Degenerem quem non affore patre reor.
Iu. Est Fabiusq; meus nimium dilectus alumnus: — Fabius pnep.
Quem cunctatorem uincere posse reor.
Francisci soboles est & miranda Renatus: — Renat. pnep.
Effigie referens:nomineq;alter:auum.
Pa. Quam læta incedit facie:quam pollet acuto
Ingenio:magnæ magna columna domus.
Strenuus horrendis Heros Theodorus in armis — Theodor. Triuul.
Triuulcum magnum:dux imitator:agit.
Iu. Huius cardineo frater decoratus honore — Cardinalis Triuul.
Romana celebrem reddidit urbe domum.
Subsequiturq; nepos mira uirtute Camillus — Pau. Camil. Triuul.
Paulus:qui patruo non erit inferior.
Pa. Romula miratur germanum curia Petrum: — Petrus Abbas Triuul.
Purpureus cuius tempora cingat apex.
Pontificem summum potes Augustine Leonem — Aug. Triuul. Leo Pont. Max.
Assistens lateri:cuncta rogare:sacro.
Iu. Cernere tris fratres addictos religioni
Perpulchrum:sequeris docte Philippe duos, — Philippus Triuul.
Astra:& socraticam callet Pomponius artem. — Pomponius Triuul.
Excultus lingua Cæsar utraq; uiget. — CæsarTriuul

Coriolanus

Pa. Heu Coriolanum mors immatura necauit:
Non mauors:non hunc est miserata soror.
Q uam fortunatos proles septena parentes
Reddidit:inter se maximus extat amor.

Loisius Triuul.

Iu. Posthuma donatur styrps luce Loisius alter:
Q uem toties cupiit posse uidere parens.

Iacobus eqs & Gaspar. Triuul. Herasmus.

Est Iacobus eques Triuultius:est & Herasmi
Progenies:rari:Gasparin orbe uiri.
Pa. Antiquos probitate uiros referebat Herasmus
Dimittens nullum relligionis opus.

Vrbanus Triuul.

Iurisconsultos ornas Vrbane perito
Eloquio:meritum nomen ab urbe gerens.

Ant. Triuul.

Iu. Aula Romana degens Antonius extat
Triuultius:cuius plurima fama nitet.
Esset multa uirum proles:si tempora ferrent:
Percensenda:meo nec minus apta sono.
Pa. Q uã bene uiuendi domus hæc quandoq; datura
Exempla:& laribus nec nisi honesta suis.
Aedibus inspicitur nihil illaudabile castis:
Posse sequi timeat quod bona posteritas.
Iu. Si uitæ cursum Triuulti expendens actæ:
Sudor:non torpor:non uenus:immo labor.
Hactenus huic similem mortales non habuere:
Q ui cœli sumptum:fulmen ut:igne micat.
Pa. Exornata domus Triuultia principe magno:
Ac Mediolani sanguis in urbe suus.
Eximios fructus in styrpem contulit almam:
Atq; suæ gentis gloria parta uiris.

Iu. Huic Mediolanum patria est:quæ Roma secunda
Fertur:& hunc annis nutriit a teneris. Mediolanũ altera Roma. Laus a pria. Laus ab educatione.
E nutrita fuit Triuultia moribus ætas
Prima bonis:necnon Pieridum studiis.
Pa. Florescente datus fuit hinc Triuultius æuo
Militiæ:totus cui magis incubuit.
Nunc nec inops ꝓbitas iacet:haud secordia surgit
Diuitiis:locuples:pauper:amat studia. Laus a studiis.
Iu. Sub duce Thespiades iam respirare uidentur:
Collaq; neglectæ suauia sæpe leuant.
Aurea temporibus redierunt sæcula nostris:
Et faustum studiis nunc aperitur iter.
Pa. Dicendi:aut sophiæ doctoribus o quot honores
Præstat dux:diuas qui colit Aonias.
Rhetoras o quoties musarum fautor adiuit:
Si quando curis est data rara quies.
Iu. Respicit historicos:illis & præstat honores:
Triuulti auspicio quisq; poeta canat.
Dilexisse deas bona coniectura Camænas
A puero:semper quas bene percoluit.
Pa. Optimus hic omnes:se præceptore:peregit:
Pompeius ueluti:militiæ numeros. Pomp.
Altius historias ueterum si mente reuolues:
Quem conferre queas huic puto nullus erit.
Iu. Hic priscas lauros:auratos denicq; currus
Vicit:cui belli:gloria statq; domi. Laus ab arte militari.
Omnia debentur præconia iure:fatetur
Hunc hostis nulli cedere posse uiro.

Pa. Nemo licet tantum bene sit perfectus ad unguẽ:
Accusatores quin habeat rabidos:
Attamen haud quisq̃ est adeo deperditus hostis:
Huius qui secum non probet ingenium.

Iu. Obtrectans liuore ruit magno impete:fertur
In præceps:uitus plurima nempe potest.
Exprimit ab cunctis hæc uocem laudis opimam:
Vltro quam promit uir sine felle probus.

Pa. Hospes uirtutis:diuertit quem penes illa:
Ampliter extollit:cui nisi uera placent.
Produxisse nihil naturam excultius omni
Parte refert:illo comptius esse nihil.

Iu. Sæpius hic fudit:uel castris exuit hostes:
Terga dedit nunq̃ strenuus arma gerens.
Quod genus est pulchrũ uincendi cuncta:pauore
Perdomuit gentes & sine cæde ferox.

Pulchrũ uicẽdi genus.

Pa. Vestritio maior:nullo qui sanguine uicit
Bructeros:solo sed semel ille metu.
Impiger atq; uigil semper fuit:acrius hostes
Oppositos armis iussit abire datis.

Vestri. Bructerl.

Iu. Hunc uenisse prius:sit q̃ aduentare relatum:
Norunt castra:fuit q̃ celer & tacitus.
Hac igitur fieri dux magnus origine cœpit:
Bellona factus magnus ubiq; Dea.

Pa. Bellandi latuit mox nulla scientia:quãuis
Antiqua:& nostris desita temporibus.
Cuncta:quibus possit consumatissimus esse
Quisq̃:noscuntur rursus inesse duci.

Virus

Iu. Est ita cum bellis æuum scrutatus utrũq;
Vt nihil hunc fugiat: quod struerent ueteres.
Quodue nouis ualet ingeniis fieri: bene callet:
Omnes hic astu militiæ superat.

Pa. Virtus: prosperitas: nomen: sapientia belli:
Quattuor hæc: nolunt deseruisse ducem.
Gallia primitias: cui iam: uirtutis: ephebus
Donauit: testis dicta comata uiris.

Quatt. in duce requiruntur.

Iu. Horrida testis erit germania: quæ regiones
Ambæ admirantur uim prope fulmineam.
Testis & Italiæ regio fœcunda uirorum
Clarorum: atq; orbis sola uocata parens.

Italia parens orbis.

Pa. Quisnam castrenses melius struxisse phalanges
Fertur: nanq; usu præstat & ingenio.
Mnemosyne rerum cunctarum: ususue magister:
Triuultum talem composuere uirum.

Vsus rerũ magister.

Iu. Induperatores post se quoscũq; relinquit
Longo interuallo: consilioq; suo.
Postremo reges sunt testes: totq; potentes:
Qui sibi coniunctum concupiere ducem.

Pa. Astruimus rursus Triuulti laudibus iisdem:
Quod dux permultis præfuit agminibus.
Gallia: Parthenope: Florentia: Roma: tumentes
Et Veneti: sicut nunc: habuere ducem.

Quot exercituum Imp. Mag. Triul.

Iu. Innumeras alias acies: uexillaq; rexit:
Quæ nos consulto missa tamen facimus.
Afflictas regum fortunas iuuit: amicus
Aduersis: nec tam prosperitate pius.

Pa. Testari possunt hæc omnia Parthenopæi
Reges:atq; alii:uera fuisse:Duces.

Ferdi. & Alphon. Reges Neap.

Rex Ferdinandus:rex ac Alphonsus amici
Triuulto:qui non deseruit miseros.

Iu. Qui nunc militibus fortes moderantur:oportet
Callere ætates:quid noua:sitq; uetus.
Tempora:diuersos mores:diuersa requirunt:
Distant hæc priscis sæcula temporibus.

Pa. Pœnus:Alexander:maior quoq; Scipio:Cæsar:
Si uitam traherent:discere bella uelint.
Nostra ætas aliam rationem belligerandi
Postulat:inuentis:addita mira:prius.

Iu. Dedecus esset enim semper uestigia prisca
Sectari:atq; illis addere posse nihil.
Vnq̄ a præscripto nescire recedere:turpe:
Nanq; opus est hostes ludere sæpe suos.

Pa. Consilia hic belli mutare ad commoda nouit:
Hostilesq; pari ludere ab arte dolos.
Cuncta antiquorum pugnandi inuenta recedunt:
Triuulti excubiis exuperata ducis.

Militia antiq.

Iu. Olim alii incusso quatiebant ariete crebro
Mœnia:rumpebat uinea curua domos.
Per specus & cæcos alii urbes:oppida:terra
Egesta ingressi stemere sunt soliti.

Militia nra recens.

Pa. Prætentas arces hæc robustissima cœlo
Tempora habent:quas uix ferrea massa quatit.
Reptans arcetur maiore cuniculus astu:
Lignorum aut lapidum congerie ualida.

Iu. Admota obsessus sonitum nunc captat in aure
Illius: Martis qui bene fodit humum.
Altior in præceps scalas scandentibus obstat
Miles: negligitur cui uetus illa acies.
Pa. Prosternit solidas muralis machina turres:
Oppida: connexas: & tabulata: trabes.
Sphæraq; de ferro tonitrus imitata rescindit
Loricas: equites: nunc: peditesq;: feros.
Iu. Dux Triultorum columen: consuetus in armis:
Tot clarus palmis: omnia solus habet.
Ingentes domuit classes: scidit: atq; repressit:
Collatis signis uicit & has acie.
Pa. Expugnauit enim crebro oppida: crebrius urbes:
Hostes in uallis continuitq; suis.
Quam bene castra locat: q̃ classes instruit apte:
Ordine ne cedant: q̃ sapienter agit.
Iu. Primus hic exequitur rem: cuius constitit author:
Quam sermone suo: non opere inferior.
Vtilius nullum dare posse fidelius: inquit:
Consilium: q̃ qui suadeat: idq; facit.
Pa. Delectus quoties fertur delesse superbos:
Quos conquisierat sedulus ante labor.
O quoties hosti pugnandi facta potestas:
Et detractanti bella: timor patuit.
Iu. Abstinuit quoties ulcisci dum potuisset
Strage uirum: furor est; Vltio: fœmineus. **Vltio quid.**
Vltio displicuit: Triuulti: te neq; uexat
Ira: neq; in miseros uis truculenta uiros.

C

Pa. Bis duo gallorum reges nouere:soluti
Curis:mandarunt qui tibi cuncta geri.
Ductores Magnos omnes clæmentia sola
Commendat:modus hæc estue quies animi.

Clæmens qs.

Iu. Clæmens is fertur de iusto multa remittens:
Quiq; suam mentem uel sine fraude colat.

Cæsar Iull.
Augustus.
Ant.Pius.

Iullius hac Cæsar diuinos nactus honores:
Augustus facer est factus:& ille Pius.

Princeps.
Laus a legibus obseruatis.

Pa. Principis est:quem lex non cogit:nomen adeptus
Felix:obsequitur legibus usq; licet.
Priuatam uitam meliorem:si sit honesta:
Liquit:sed nemo deseruisse putet.

Iu. Malebat talem Magnus producere uitam:
Virtuti ast humilem dii uetuere locum.
Electus multis ab regibus est:quia dignum:
Militiæ ut primus deligeretur honos.

Pa. Ciuibus optandum non est:ut diligat ille
Quos amat:ut membris pxima membra suis.
Ciuibus abstersit multa infortunia:quorum
(Ni tribuisset opem)res ruitura fuit.

Iu. Ascribebat enim iacturæ:si periisset
Qui minus excellens:egregiusue foret.
Esse loco lucri:quos commendauerit:omnes
Ducit:seruant quos operaq; sua.

Pa. In gremium concussa suum respublica fugit
Sæpius:erectum est imperiumq; ruens.

Ludo, Rex. xii.

Quare Ludouicus rex inuictissimus illi
Cómisit patriæ sceptra regenda suæ.

Iu. Id probat accensum studium ciuile:uetusq;
In magnum affectus:qui pater est patriæ.
Tantum est ab cunctis æqualiter hausta uoluptas:
Omnibus hic quantum profuit adueniens.

Pa. Lætitia ex nimia populi acclamatio plausus
Cum dedit:effudit corde tener lachrymas.
Cuncti tentarunt dextræ connectere dextram:
Atq; exporrectis oscula ferre labris.

Aduentus Triuul.in patriam,

Iu. Quāuis non ullis gaudet popularibus auris:
Non tamen assensus hos prohibere potest.
Vult ut honoranti decus ascribatur:honorem
Nec qui suscipiat:summus Aristoteles.

Honor honorantis. Aristoteles.

Pa. Huius in aduentu sublimia tecta uideres
Plena uiris:uacuum nec superesse locum.
Conspiceres altas effulgere matribus ædes:
Et ferre ambiguos uix tabulata pedes.

Iu. Oppletas utrinq; uias:callemq; relictum
Spectares:plenum lætitia populum.
Par clamor:sunt ac æqualia gaudia:plausus
Idem cunctorum summus in ore sonat.

Pa. Se uixisse satis te uiso:teq; recepto:
Viuendum inde alii tunc magis esse putant.
Illi felices censebant se morituros:
Ast hi felici tempore posse frui.

Iu. Est sua matronis fœcundis summa uoluptas:
Quis bona natorum copia nata placet.
Nam cernunt:cui præfecto:cui deinde tribuno
Ad bellum sobolem progenuere suam.

Leges. Pa. Leges humanos affectus hæ moderantur:
Sensibus imponunt frœnaq; corporeis.
Ergo Liligeris tibi tradita:magne:regenda
Medio'anũ. Vrbs Mediolani:patria:dulce solum.
Iu. Triuultum impense tollebat:suspiciebat:
Ludouicus felix uel ducis auspicio.
Passus Rex ægre est:ut abiret longius:ungue
Charior:aut si quid charius ungue fuit.
Charol. Rex. Pa. Charolus immensi rex gallicus author honoris:
Aemulus huic auxit : regnaq; Ludouicus.
Te terris:terras tibi Rex:Iacobe : reliquit:
Inq; tuis residens tutus abit humeris.
Iu. Quandoquidẽ lõge digressi nos sumus : æquũ est
Ad Magni nostrum gesta redire stilum.
Nos & enim loquimur patriæ de ciue:parenteq;
Qui se hoĩem meminit:nec tumet ore iubens.
Pa. Sub titulis igitur tantarum ex ordine rerum:
Dux decantatus:principibus speculum.
Lecturi poterunt:quid fas didicisse:tyranni:
Et:quæ fecissent hi bene:nosse boni.
Iu. Vt semel effundam:quicquid depromere totis
Viribus enitor:nostraq; lingua cupit.
Magnus Triuultus dux prudentissimus:Heros
Eximius:toto notus in orbe micat.
Pa. Ad rem propterea cœptam iam diua redito:
Et melius:si scis:Pallade:Iuno: cane.
Nullus in hoc laudum finis ductore uidetur:
Tam prudens:sapiens:magnanimusue nitet.

ASSARACI SARRACHI TRIVVLTIADOS LIBER SECVNDVS.



Actenus expressum genus: & nutritio Magni:
Ars:studiũ:leges:deniq; tota domus.
Nunc tria Socraticis bona tã celebrata canamus:
Quis animus:corpus:nomina sorsq; dedit.

Iu. Non ueteor ne nunc uideat ꝓlixior:illa
Cum describuntur:quæ reticere nefas.
Integra nam fuerit reuerentius illa reponi
In tempus:carptim q̃ breuiora loqui.

Pa. Vera laude uiro tribui maiora nequirent
Præmia:nam uirtus gaudet honore suo.
Improbus ut uitio taxandus:iure probandus
Sic est uirtutis cognitione probus.

Iu. Spiritus est uæhemens Iacobo:qui bene postq̃ (Laus a bonis animi.)
Sensit:dat laudes cuilibet ore suas.
Prudens est habitus:Graius uelut alter Vlysses (Prudentia, Vlysses.)
Multorum morum calliditate uafer.

Pa. Felices illos:quorum est industria:necnon
Nota duci:nullo cõmemorante:fides.
Vt perpendiculum est:& fabri regula concors
Structuræ:sic dux omnia recta gerit.

Iu. Sydera cœlorum uelut ordine cuncta reguntur
Vitam ita cum quadam lege:animumq; regit.
Vt iuueni subita magis & confusa licerent:
Sic matura senem:sicue quieta decent.

Pa. Humanis non elatus uel rebus opimis
Nequaq̃ aſpectus exuit officii.
Quo magis:inconſtans rabido Rhamnuſia uultu
Opprimit:ab cunctis dicitur hoc probior.
Iu. Proſpera felices:Magnos aduerſa probarunt.
Fortuna nulla
Fortunam prudens abnegat eſſe Deam.
Errant:qui rebus:nulla ratione:ſecundis
Omnia fortunæ tela tuliſſe putant.
Pa. Triuultus miſcet placidum ſimul atq; ſeuerum:
(Quod pulchrum)ne ſit triſtior:aut petulans.
Tantum oci:quantum ratio reddenda negoci:
Dixit:ne torpor:ſegnicieſue terat.
Titus Imp.
Iu. Illa Titi:patulas quod uox memorabilis aures
Intrarit:certus ſum mihi corde:ſuas:
In cœna uocem illuſtrem dum effudit:amici
Nil hodie feci:perdita tota dies.
Pa. Quodnã mométum:ſeu punctum tẽporis:horæ:
Aut ſterile:aut uacuum deniq; laude fuit?
Admirandus enim ſic admiranda peregit
Dux meus.ut ſummum ſit reticendo nefas.
Iu. Optima laus fuerit uel cõmendatio:ſi quis
Sincere:& fuco te ſine:Magne:cauat.
Te nimis effuſum fecit uictoria unq̃:
In lætis magnum eſt:ſe retinere:decus.
Pa. Hoc habet Heroum primum fortuna potentum:
In longam occultum nil ſinit eſſe diem.
Quæ manet innitum:fama hæc non concupiẽda
Sed bona:non ullis prædita imaginibus.

Iu. Sydera magna uelut stellas hebetare minores:
Et lumen solita est pellere Luna minus.
Sic tuus aspectus facit euanescere clarum
Vnũquéq; uirũm:te penes expositum. Comparatio
Pa. Virtute ac meritis:ulla nec imagine:fama
Propaganda duci deniq; uisa fuit.
Est tibi:mi princeps Triuulti:gloria maior:
Quod te laudanti dicere cuncta licet.
Iu. Pessima gens:iurisus quæ dicitur optima:nomen
Iudicio uano promeruere suum:
Exemplum recte uiuendi hæc præbet:at illa
Quæ sunt ab nobis effugienda docet.
Pa. Consulit hic quanq̃ sapiens:ut Nerua:senatum: Nerua.
Qui nil consilio fecerat absq; patrum.
Quippe probabilius:q̃ uerbis:rebus amantem
Virtutis:sese significare uirum.
Iu. Felices omnis mortales quinq; Platonis Plato.
Dogmata perficiunt:quæ numerare decet.
Consilium prudens:bona corporis & ualitudo: Felicitatis quinq;.
Fortunæq; fauor:gloria:diuitiæ.
Pa. Felix ille tamen uerus:qui forte uideri
Vult fortunata dignus:& esse bonus.
Omnia cõperies numerata hæc in duce Magno:
Acclamauerunt cui pueri atq; senes.
Iu. Crede tibi:si non uis nobis credere:nam dux
Ni felix esses:credere uelle neges.
Virtutem simulans alium fortasse fefellit:
Ipsum se nemo decipit inspiciens.

Pa. Nec mage nos sine te felices possumus esse:
Quam:nobis sine:tu faustus habendus eris.
Q uodq; puto cunctis titulis speciosius esse:
Saxa:trabes:nomen non habuere tuum.
Iu. Demolire situ statuas obliuio:templa:
Contra animus uincens tempus in omne u'ret.
Sapientia uera. Flagitiis caruisse malis sapientia uera est:
Virtutemq; ulnis continuisse suis.
Honores mutant mores. Pa. Q uáuis(ut uulgo perhibent)mutentur honore
Mores:perpetuus mansit:ut ante:tenor.
Temporibus diris animus cognoscitur ingens:
Q ui scit prudenter:fortiter:omne pati.
Fortitudo. Feices. Magnanimi. Iu. Felices sunt:qui possunt quæ concupiere:
Q uiq; uolunt:quæ sunt cōmoda:Magnanimi:
Temperiem cœli cōmendat turbo:tumultus
Hinc ortos tanto pro duce crediderim.
Pa. Prospera ut aduersis noscantur:læua secundis:
Has humana uices conditio retinet.
Iuppiter occultat causas plerūq; bonorum:
Ac aduersorum:dissimili specie.
Iu. Casttenses uarios cōmotos:Iuno:furores:
Vt pacarentur ui ducis: esse reor.
Inuictum pectus si fert audentior omni
Re:consternatum quis putat esse ducem?
Pa. Maluit:ut durus nullis Athleta periclis
Parcere:q̄ tutum tendere mollis ter.
Omnia;quæ potuit:simul huic natura benigna
Contulit:excelsæ stypis omitto genus.

Iu. Induperatores Romanos:siue triumphos
Miramur:sed cur non:Iacobe:tuos?
Solus hic est nostra:qui tempestate labantem
Militiam:inuidia non sine restituit.
Pa. Vtitur insolito belli moderamine:secum
Vsq; uetustatem:sic ferat ut comitem.
Perspicuũ exemplum reliquis est:nec minus æuo
Conducit nostro bellica fama uolans.
Iu. His etenim curis animum puerilibus annis
Versauit:nihil ut cernat in arte nouum.
Hunc uidit nemo cessisse laboribus unq̃: Labor.
Aut ullis trepidum succubuisse malis.
Pa. Quando laboratur:quæcunq; incerta:feruntur
Triuulti:peragit qui bona:consilio.
O quoties aciem iam pugnæ deficientem
Corripuit:uertens rursus in arma fugam.
Iu. Obstans hastili trepidantum terga cecidit:
Iussit & in classes quẽq; redire suas.
Si quem uidisset prorsus titubare carentem
Pectore:firmabat protinus hunc gladio.
Pa. Sic præsens minitans lethum:molimine quanto
Declinantem aciem restituit subito.
Actior ad bellum collatis ordine signis
Miles erat:quem dux suaserat ore prius.
Iu. Esse suis melius turmis occumbere bello
Persuasit:turpi q̃ dare terga fugæ.
Huic operæpretium est:ut consulat usq; saluti
Tyronum:partes has ducis esse putans.

Pa. Principis extat honos:quod nulla clade Manipli
Sint desiderio:magna pericla ferant.
Attamen in nullum discrimen dux caligatos
Obiecit:nisi tunc:quando coactus erat.

Iu. Exuat imperii meritum ne miles honorem:
Imprimis curans exigit obsequium.
Inter bella uetat prædam:uictoria lucrum
Est maius:clamat:idemq; subinde monet.

Pa. Non expers pacis:quāuis exercitus armis
Hanc amat:hæc cordi stat bene fixa suo.
In bello feruens:in pace modestior ipso
Nempe modo:iusta publica lance fouet.

Modestia.

Iu. Hinc commendantur sua tanta modestia:dicat
Quisq; uoluptates ut domuisse suas.

Venus.

Nec minus in Venerem lasciuam sæuit:ut hostē:
Nil magis eneruat militis hac animum.

Pa. Imperium exercet:q̄ cunctos:acrius in se:
Cum res non parui ponderis ulla premit.
Vsq; adeo certet:sudore:algore:labore:
Milite cum quouis:esurie atq; siti.

Cato.
Cōparatio.

Iu. Vt Cato:qui galeam:cunctis sitientibus:unda
Plenam proiecit:solus ut haud biberet:
Sic cum robustis collato Marte maniplis:
Fortia dux patitur:munia quæq; subit.

Pa. Triuulto parta est ars bellica non numerosa
Annorum serie:sed studio assiduo.
Non aliena rapit:sua nec bene parta profundit:
Exæquat sumptus censibus ille suis.

Iu. Hunc nihil iniustum patrare pecunia cogit.
Vectigal magnum est rebus habere modum
Frendens liuidulus contemptus omne facessat:
Qui uictum parcum dicit auariciam.
Pa. Cænarum indulget nequaquam luxibus ultra Frugalitas.
Fas:laxamentis feria quas hilarant.
Crapula distentum non hunc suffocat:obaudit:
Si stomachus:ueluti creditor:instat edax.
Iu. Quāuis districtus rebus:Triuultius:altis:
Scipiadum tamen:aut Cæsaris acta legit.
Cūq; suis confert magnorum gesta uirorum: Tempērantia.
His sese speculans:maior an extiterit.
Pa. In magno rerum luxu(quod uiderat ætas Tolerantia
Hæc rarum)frugi:uita modesta fuit.
Quod fundunt alii:reparat solertia tanti
Sola uiri:in mensa principe digna refert.
Iu. Sermones condire solent epulas moderatas Scurra.
Casti:sunt Mimus:Histrio:scurra procul.
Vnus is ante alios:media inter pocula fortes
Ostentatores spernit:habetq; leues.
Pa. Profligaturos terrarum protinus orbem
Temnit:cum positis discubuere toris:
Qui si conspicerent iratum cominus hostem:
Ocyus auerso lumine terga darent.
Iu. Nam quoties uerbis non factis esse feroces
Conspicit:hos odit:liminibus remouet.
Tam præclara ducis sunt:quæ sibi publica profert:
Quam quæ liminibus dissimulata suis.

Pa. Est tibi magnificum:uitiis quod durus abhorres:
Splendidius:sceleri quod reuocasq; tuos.
Optimus iste suos(quod magnificentius extat)
Effecit:circa se:sibi persimiles.
Iu. Redditur impensæ ratio duce plurima nostro:
Vt non consumat:dicere quod pudeat.
Iusticia. Iusticiæ decus obseruat super omnia castris:
Qua fit ut annonæ copia multa fluat.
Pa. Hac culta:tutus dormitat miles utraq;
Aure:uelut Vestæ uirgo manet mulier.
Temperãtia. Temperat ab rebus:consuetus uiuere rapto:
Alterius:pœnas dat quoq; si rapuit.
Tolosanum aurum. Sciani equ9. Iu. Q uippe Tolosanum:raptori tutius:aurum:
Vel si Seiani surripuisset equum.
Ducit enim iniustum fore:si quid surripit agmen
Hostibus exceptis:quis rapuisse licet.
Pa. Esse sui iuris uult quẽlibet aut retinendi:
Aut dimittendi:qui placuit:dominum.
Vincla ministrandis nouit tutissima rebus:
Cœlare arcanum:pulchrius hoc ue nihil.
Iu. Non curat quæ parturiit:peperisse:priusq̃
Præco uelit sonitum concrepuisse tuba.
Dũq; alii plærũq; student spoliare:secutus
Hostem:militibus dat decus ipse suis.
Pa. Tam placidus captos bellorum iure recepit:
Læserit ut nunq̃:scommate:siue ioco.
Hos ægros fieri longo mœrore timebat:
Nolebatq; dari corpora ludibrio.

Iu. Posse nouercantem fortunam quęq; putabat
Ille pati:In cuius sunt data cuncta manu.
Nouerat in toto fore tam nil orbe secundum:
Quin queat in clades mox cecidisse feras.
Pa. Hunc:uelut euasit uir non inglorius arte
Pugnæ:præcipuus sic comitatur amor. Pietas.
Gloria:fama:uirtum:pietas & ciuica:Magnum
Effecere:colit municipes:patriam.
Iu. Deposita est ꝑpter bona publica quæq; simultas:
Subuenit fessis rebus & hic patriæ.
Quam male pro patria:si non hic uiueret Athlas: Athlas.
Qui totum forti uettice fulcit onus.
Pa. Felicem Italiam:felicem credimus orbem:
Incolumis donec dux Iacobus erit.
Liberius Magnum possunt affarier omnes: Facilitas.
Finem sermonis dat suus inde pudor.
Iu. Huic inuisa salus sua:ni sit iuncta saluti
Cōmuni:tantum publica Magnus amat.
Obstructas habet hic dux delatoribus aures: Delatores.
Has pestes nulla credulitate fugit.
Pa. Quo magis est felix:tanto est humanior:altam
Fortunam noscens:quam bene ferre solet.
Fascibus insignis uero congaudet honore
Verus honor:pietas:quam comitatur amor.
Iu. Charius est nihil huic ciuili semper amore:
Diligit hic homines:diligit atq; Deum.
Est infidus enim recti metus ipse magister. Metus.
Exemplis homines aptius instruimus.

Pa. Ista bonum retinent in se speciosius unum:
Quod quæ præcipiunt:posse uenire:probant.
Exempla. Nil citra exemplum bene discitur:atq; docetur:
Omnibus exemplo:dux:tua:uita:bono.
Iu. Macte noua grauitate senex:rutilantia sæcla
Qui regis:absq; malis:prouehis euge honos.
Non aurum:non argentum:meliore figura
Effingit uultum:q̃ popularis amor.
Pa. Insolitum ac rarum quocũq; in principe:ducat
Se debere suis:si puret:hos peramet.
Contigit id tibi:dux:meritum ciuile colenti:
Ciuibus haud princeps:gratus amicus ades.
Præterita castigari nequeunt. Iu. Cum castigari:nequeant transacta:repræhendi
Sed mage:Triuultus cõmoda plura tulit.
Vectigalia. Aspera dux uetuit tot uectigalia solui:
Temporibus priscis persoluenda metu.
Pa. Quæue forent licita solui ratione:locauit:
Non formido:metus soluere cogit amor.
Regia maiestas iusta utilitate fruatur:
Possit & hostiles rex pepulisse manus.
Innocentia. Iu. Regis enim integritas est q̃ fidissima custos:
Hostibus hæc arx est inuia:dura:suis.
Hoc munimentum non expugnabile:uerum:
Et munimento non eget hoc alio.
Pa. Terrore incassum sese succinxerit ille:
Quem circundederint arma:nec altus amor.
Irritantur enim:uelut ictus ictibus:arma
Armis:uirtutes sunt ducis excubiæ.

Iu. Triuultum Magnum cum Magno pacta tonante
Confecisse puto:uiuat ut orbe diu.
Acta placent:& agenda magis:certusue gerendi:
Cum Deus hunc seruet:surripiatq; malis.

Pa. Aeternæ laudis monumento sunt sua sculpta
Nomina:scriptorum carmine:& historia.
Instruit exemplo proprio quoscũq; minores
Triuultus:post se publica sustineant.

Iu. Quam lachrymosa dies fuerit:concedere fatis:
Cum Lachesis:nos & deseruisse:uolet.
Optabunt olim Triuultum sæpe minores
Viuere:cognoscent post sua fata ducem.

Pa. Tempus erit cum posteritas imitarier acta
Gestiet:ac uultus posse uidere suos.
Nemo ducis successor erit:uestigia cuius
Posse sequi uideat:gestiat ipse licet.

Iu. Dux:cuius pietas: etiam clæmentia ciues
Non latitat:melior:q̃ truculenter agens.
Quiq; bonos patitur:q̃ qui urget:conferet idem
Princeps plus rerum moribus utilium.

Pa. Diuo Traiano:bonus ut patriæ pater esset:
Quam fieret:uelut huic:contigit:ante:duci.
Quod cognomentum quanta indulgentia nutrit:
Quantus amor:uiuit ciuibus ut genitor.

Iu. Prosequitur patrio ciues Triuultus amore:
Vtq; parens natos:hos amat iste suos.
Cognoscit cunctos:cunctis cognoscitur Heros:
Qui priuatus erat:uectus ad imperium.

Traian. Imp. Pater Patriæ.

Pa. Omnibus hic par est & ciuibus:audit eundem
Si quis adest:maior quo reliquis probior.
Gratior exhibita est & ab hoc duce gratia multis
Non rogitata:nouus conciliatus amor.
Iu. Neglexit populum nunq̄:potiusq; fouendum
Cum membris corpus censuit esse suis.
Nullus enim sumptus:me iudice:dignior extat:
Q uam quo posteritas sit fruitura sequens.
Pa. Ciuica displicuit:ceu mors:discordia nostro
Vsq; duci:qua nil Hercule deterius.
Libertate fuit discordi:gentibus orbis:
Vni subiectas se dare commodius.
Concordia, Discordia. Iu. Res minimas auxit semper concordia:saepe
Dissidium magnis attulit interitum.
Factio nulla placet:quae seditiosa:sed unum
Corpus uti:ciues uult refouere suos.
Liuius. Pa. Non ignorat enim Diuini oracula Liui:
Q ui proh ueriloqua talia uoce refert,
Factio. Maiori exitio populis est factio:q̄ sint
Praelia:q̄ morbisq; male suada fames.
Iu. Id quāuis aliter fortasse uidebitur ulli:
Attamen:ut fratres:diligit omne genus.
Subiectos ratione regit:qui legibus ipsis
Obsequitur:Magnum nulla libido premit.
Heroū uita. Pa. Magnorum Heroum uita:est censura clientum:
Ad quam dirigimur:uertimur:aspicimus.
Non tantum imperio subiectis est opus ipsis:
Exemplum. Exemplo quantum:quod magis arte mouet,

Pa. Exaſprans homines correctio iuſſa faceſſat:
Aptior ad quicquid concupis:adſit amor.
Principibus ſummis opus eſt:ſibi ſemper amicos
Antiquos:necnon conciliare nouos.
Iu. Rebus in humanis iucundum conſtat amari:
Nec minus inq; uicem fertur amare pium.
Gaudet amicitia priſca dux atq; recentis:
Eſt quibus humano nil melius generi.
Pa. Cætera ſubiectis:ueluti ratione:iubentur:
Non ita cogetur diligere altus amor.
Nullus enim affectus tam libertatmq; Tyranni
Impatiens:auidus q̄ tedametur:amor.
Iu. Q ué metuit:quis enim iam diligat:aut qs amabit:
A quo ſe metui non dubieq; putat?
Diligis an:quia diligeris. Tua gloria tota eſt:
Maior habes humiles:Dux:ſocios ue:pares
Pa. Vnde fit:ut proceres miti uerſentur in aula:
Principis:aut ciues:Municipeſq; ſui:
Aulicus externus Triuultum & curet:& illum
Ambiat:hinc domini ſit quoq; ſeruus amans.
Iu. Sarrauallenſis Petrus mihi fronte locandus:
Angelus atq; Aimus charior ungue Duci.
Eſt Marcus Martinengus uelut alter Achates:
Q uem conſtat doctos ſemper amaſſe uiros.
Pa. Sunt a ſecretis Bucca:& Conſtantius ambo:
Arſago:Merulæ:datq; Melampus opem.
Hic Baſſignano Comiti:Magno ille:feruntur
Aſtra:genethliacum ſcire notare diem.

Amor.

Petrus Sarrauallenſis.
Angel. Aim.
M. Martinēg.

B. Bucca.
Conſtantius.
Angel. Arſag.
Petr. Merula.
Baſſignan. Comeſ.

D

Polydorus Bignamus.	Iu.	Triuultum Polydorus adit Bignamus amicum:
		Cui mira terni sunt probitate mares.
Alex. Bign. Camil. Bign. Octauianus Bignamus.		Nomine Alexander chiron:est scriba Camillus:
		Octaui uatis carmen ab ore fluit.
Ambr. Madi.	Pa.	Ambrosium Madium tractantem sacra Beatrix
		Audit:& hunc nunq̄ deseruisse uolet.
		Quid Mediolani primatibus immorer:o quot
		Triuulci Magni limina magna terunt.
Alphonsus Vicecomes. Laurentius Orpheus. Domitius.	Iu.	Anguigeri Alphonsus:nec nō Laurentius Orpheus:
		Atq; alii has ædes uisere sæpe solent.
		Orphea Apollineum:qui fonte Domitius hausit
		Pierio uenam Carminis:ornat:amat.
	Pa.	Non referam fratres Aulam tris sæpe colentes:
		Quis nomen:pulchrum iure monile dedit.
		Virtute ac nitidis induti uestibus:in hem
		Hi lustrant:aliis dum teritur equis.
	Iu.	Petrus:Ludouicus:Comes atq; Albricus:ab illo
		Albrico ducunt attamen ante genus.
Albericus. Brachius Monton.		Militiam Albricus Latiam instaurauerat olim:
		Sub Cunei Comite hoc:Brachius edidicit.
	Pa.	Vtq; malus princeps communi clade meretur
		Rectius illatam q̄ propria inuidiam:
		Sic bonus ecitro speciosius hauit amorem:
		Quod generi humano profuit:haud homini.
	Pa.	Triuulti pariter nunq̄ est absentia charos
		His oblita modis:quis prope turba solet.
		Nulla potest hominum:quæ:libertate:potestas
		Sit melior.Liber sub duce quisq; manet

Pa. Si nihil unq̃ aliud dignum gessisset honore:
Florentem patriam q̃ quod hic asseruit:
Temporibus diris uindex acerrimus idem
Sustinuit: factus posteritate probus.

Iu. Nonne Triumphali Dux dignus imagine? uiuat
Semper ut: in medio sitq; reposta foro?
Hanc etenim rerum gestarum laude meretur:
Ne tanti uirtus sit moritura Ducis.

Pa. O utinam possem supponere posteritatis
Luminibus: clari commemoranda uiri:
Pectoris ardentem necnon reserasse uigorem:
Visendi Magni magna cupido foret.

Iu. Naturae semel est parendum legibus olim.
Soli immortales: non homo: sed superi.
Vita donantur tamen hi: uirtute perenni:
Quorum sunt scriptis gesta notata suis.

Pa. Posteritas contenta meis sit uersibus opto:
Quos uera plenos scribimus historia:
Cernere quandoquidem Triuultũ non datur illi
Bellantem: ueluti saecula nostra uident.

Iu. Gloria quanta tua est Triuulti: laude uirorum.
Multorum constat gloria iudiciis.
Pollicita es laudare Ducem: Trionia: Magnum
Cur toties: optans: tempora uana teris?

Pa. Commendabo uirum: Iuno: promissa tenebo:
Ne dubita: titulus occuppor ore libens:
Sunt desideriis immixtae carmine laudes:
Quas mea: scruteris si bene: uerba sonant.

D ii

Gloria.

Iu. Gloria:uirtutis quæ dicitur umbra:recedit
A tergo nunc:nunc profilit ante magis.
Maior & est:fuerit quo serior:utpote functis
Vita:languescit cum prope liuor edax.

Pa. Quantum ignotauit:tantum aspernata Catonem
Roma:hunc cognouit:nec nisi post obitum.
Hic quia cuncta putat sola uirtute minora:
Inuidiæ spirans tela subacta uidet.

Iu. Si qua magistratus gessisset iniqua:reuidit:
Ac intercessit protinus ecce minax.
Infectum uoluit:fieri quicquid nec oportet.
Omnia uelocis syderis instar agit.

Pa. Huius enim auspicio simul & cum numine diuû:
Vrbibus & castris est reparata salus.

Relligio.

Relligione sacra nihil est felicius ipsi
Humano generi:supplicibusq; uiris.

Iu. Aemula curauit castella:urbes'ue superbas
Sepositis odiis conciliare simul.
Natum Romanis atq; auctum siue retentum
Imperium:diuum numine:& auspicio.

Pa. Non numero Hispanos:nô Græcos arte:Quirites
Deuicere:deum sed pietate:metu.
Corpore non Gallos:non Pœnos calliditate:
Ast prece:Romano supposuere iugo.

Canonici diui Nazarii æde.

Iu. Relligionis amans.animæ memor:hic bene sanxit:
Nazari sacra qui canit æde chorum.
Turba sacerdotum stabili mercede dicata
Cælica persoluit quottidie officia.

Pa. Plurima donanti multo maiora super sunt
Triuulto:uoluit qui rapuisse nihil.
Munificus solus:qui dignis digna profundit: Liberalitas.
Non qui:quod donet dispoliare uelit.
Iu. Ambitio dici non munificentia debet: Ambitio.
Nulla quæ fieri cum ratione solet.
Elargita bonis a claro principe ductis
In precio:faciunt esse bonos alios:
Pa. Princeps obscuris & uilibus omnia donans
Non Magni præbet principis indicium.
Gratus enim facit:ut largitio lætior extet:
Debitor:ingratus fit mage clara facit.
Iu. Nil magis esse suum credit:q̄ quod per amicos:
Quos condonauit munere.largus habet.
Magnificas spectare datur quoq; principis ædes: Aedificia.
Lætari uidas:quod bene sic niteant.
Pa. Sedula amicitia est & constans principis huius:
Qui cum donarit plurima:plura tenet.
Aedificando tamen:sicut reparando:modestus
Triuultus noster cum ratione fuit.
Iu. Omnia condiuit sale:cui comes est uigor ardens
Pectoris.& uires corporeæ ualidæ. Lausa bonis corporis.
Testatum fecit bene:posse senescere corpus:
Non animum:claris militia Ducibus.
Pa. Præ se fert quadam cum maiestate figuram
Vultus:quæ uero principe digna micat.
Nil hilaris uultus faciei obstare seueræ
Conspicitur:gratus cui gelasinus adest.

Iu. Caniciés capitis uenerabilis:ac nitor oris
Alti conſpicuus:compraq; cæſaries:
Membrorum modus: indeflexaq; munere diuum
Aetas:oſtentant principis imperium.
Pa. Inrequietus agit uitam quoq; principe dignam
Inſtar ſolis:amat:legibus:arma ſimul.
Prælia primus init:confecta nouiſſimus Heros
Linquit:uirturum militibus ſpecimen.
Iu. Bellandi cunctis aciebus in arte:docendi
Tempore:diſcendum nil fuit hercle Duci.
Vt triumpharet nunq̃ uiciſſe uidetur:
Hoſte triumphauit ſed potius domito.
Pa. Omnibus eſt charus Tyronibus ac ueteranis:
Quos operum ſocius mox aliquando iuuat.
Deq; ſuis turmis abſentibus:illicet abſens:
Quam ſibi:non ulli credit ab aure magis.
Iu. Quadriiugo curru:Dux:aut albentibus unq̃
Non gauiſus equis:hac leuitate caret.
Nunq̃ bella timet:nec prouocat:hæc duo fiunt
Robore:uel:frœnat qui mala uota:modo.
Pa. Expoſitus uariis confecit bella periclis
Ex bellis:hoſtes mitius aſt habuit.
Extinctam:ac penitus:lapſam Triuultius artem
Caſtrorum in melius iam reparauit opus.
Iu. In pugna ſummi Ducis eſt obſiſtere:ferrum
Stringere:deuictis ſed magis eſſe pium.
Hoc nunq̃ læſit famam:ciueſq; putauit:
Qui ſibi dediderant ſe ſemel:eſſe ſuos.

Pa. Quantus concentus: quanta est concordia laudũ
Conctarum: cui stat gloria quæq; Duci.
Aduolat hunc cleri semper uictoria penna:
Euentus belli sit licet heu dubius.

Euẽtus belli dubius.

Iu. Infelix fuit:& felix Triuultius Heros:
Nunc summos:imos nunc re tinendo gradus:
Sæpius hunc uario pressit Rhamnusia casu:
Iuno sed auspiciis iuuit ubiq; suis.

Laus a Fortuna,

Pa. Visa parens ueluti rebus blandirier istis
Fortuna:in Magnum facta Nouerca Ducem.
Nam cũ Maurus in hunc animũ ĩmutasset: obiuit
Omnia:quæ citra:sunt grauiora:necem.

Iu. Ludouicus patriis e finibus ire coegit.
Altius exilii sedibus euehitur.
Tris coluit Reges Triuultus Parthenopæos
Contra quos nunq̃ tendere proposuit.

Pa. Nonne die sextodecimo Triuultius egit:
Quanq̃ haud inferior Maurus ut aufugeret?
Et sic Germanas propulsaretur in oras:
Qui pepulit:cunctis hoc specimen tribuit.

Iu. Triuulti proprium dicas:quo:quanta potestas
Ac uis fortunæ sit:magis hinc pateat:
Quod fuit in patriam:possessor:deinde reuersus
Horum:pulsõ res quæ sibi parta putent.

Pa. Sperat in aduersis rebus:metuitq; secundis:
Sortem aliam forti pectore Dux sapiens.
Pisones frugi:stricta pietate Metelli:
Prudentes Lælli quippe fuere uiri.

Cognomina uaria.

Iu. Sylla diu felix:Auguſtus Cæſar:& ille
Magnus Alexander dictus in orbe fuit.
Optima Traianus cognomina Cæſar obiuit:
Iſtorum exemplo:Dux mihi Magnus erit.
Pa. Iſte per aduerſos caſus ad proſpera uenit:
Dulcia quæ fiunt mobilitate mali.
Marchio donatus uario diplomate:quicquid
Exiguis optat nutibus aſſequitur.
Iu. Et merito:quiſnam Magni collata referret
Officia in Reges omnia Liligeros?
Quis rurſum uates:orator:ſcriptor:Homerus:
Quis Maro geſta Ducis cuncta referre queat?
Vigleuani Marchio. Lugdunum
Pa. Factus Vigleuani non tantum Marchio:gexit
Lugdunum:terras hic quoq; liligeras.
Corpora decreſcunt ut:ſi maioribus hærent:
Ardua:ſic alii faſce minore gradus.
Iu. Dux gradus eſt maior:quem ſuſpexere minores:
Miratiq; ſuos alta petiſſe pedes:
Et quanto propius ſua ſic faſtigia ſcandunt:
Tanto humiles ſedes:quas q; uel ima petunt.
Pa. Sponte ſibi tantam quis mox imponere moplem
Auſit? conferri quis tibi:Magne:po.eſt?
Optimus ille refert Iacobum Cæſar amauit:
Quem Neruа:& nato ſceptra paterna dedit.
Laus a comparatione. Traianus Imperator.
Iu. Traianus primos armis exercuit annos:
Deliciis æuum non Iacobus agit.
Tempora ſuſtinuit dura ulpius:haud minus iſte
Clarus in aduerſis fortiter aſpra tulit.

Pa. Illius uirtus sæuis inuisa Tyrannis:
Triuulti nostri uis dubiosa fuit.
Optimus armatos rexi prius ille Tribunus:
Induperatoris q̃ titulo imperium.
Iu. Præfectus fuit hic equitum fortissimus ante:
Quam fieret summus Dux:& in arma prior.
Vlpius imperiũ dum protogat urbe Triumphum:
Triuultius recipit dum patriam:meruit.
Pa. Venerat ille olim Romam expectatus in urbem:
Quælibet hunc ætas concupiit reducem.
Virginium Ruffum superat Triuultius Heros:
Insubrium geniti sint regione licet.
Iu. Romano imperio potuit dominarier ille:
Hic Mediolano:nec uoluere tamen.
Dic quoq; qd uictus Germano milite uindex
Ab Ruffo:dabitur sic tibi plena fides.
Pa. Nam cum deficeret crudeli quisq; Nerone
Ad Galbam:oblatum respuit imperium.
Iam norunt omnes Iacobum Pallade Magnũ
Iure appellatum:non alia ue Dea.
Iu. Gloria danda uiris Insubribus hercle duobus:
Virginio:nostro Magnanimoq; Duci.
Cum:pio quo cuncti iubeant discrimina mille:
Appetere Imperii culmina noluerint.
Pa. Hannibal:ac Marius bello emicuere:sed ambo
Fracti deliciis succubuere suis.
Pauci:uirtutes quorum nulla inficiantur
Iunctura uitii.Dux decus omne tenet.

Vlpius. Traianus.

Virginius Ruffus Mediolanensis.

Iulius Vindex uictus.

Hannibal. Marius.

Iu. Iuno fuit Magni:non tu:cognominis author:
Nam melius cecini Pallade:quis dubitat?
Hoc solo dicat saltem uicisse Mineruam:
Quod sit nulla aetas huic habitura parem.
Pa. Quae cecini atq; cano puto cōducturā Maniplis
Magni Triuulti dogmata si capiant.

Epilogus breuis.

Si celerem bellis imitati conficiendis:
Si uictum:castris si uafra gesta suis.
Iu. Si taciturnq; Ducem ludendis hostibus:omnis
Si mox militiae munera:si uigilem:
Maiestate uirum si plenum:inuicta bello
Pectora sectentur:Magnanimos referam.
Pa. Non te:summe Deus:precibus distringimus ullis:
Des pacem:fasces:des cumulemus opes:
Sola salus petitur Triuulti principis:in quo
Sunt pax incolumi:gloria:census:honor.
Iu. Pergamus coeptis in laudibus:ulla nequiret
Commendare satis lingua Ducis meritum:
Et nunc in specie Triuultia gesta canamus:
Hac nos ista tenus diximus in genere.
Pa. Gratum erit:ut Metas postq̄ Rhedarius omnes
Lustrarit:fessis colla leuentur equis:
Dummodo tota mihi sapienti palma Mineruae
Ascribatur:erit laus mea si melior.

A. ASSARACI SARRACHI TRIVVLTIADOS LIBER TERTIVS.



Iu. Scribimus alterno Magni res carmine gestas:
Et maius nobis accumulatur onus.
Vesanae fuimus: dum talia coepimus ambae:
Quae magis Heroo sunt (reor) apta pedi.
Pa. Propositum nostra si primum mente fuisset
Tractandi tantum gesta: probata fores.
Sed quia nos inter contentio crebra: quaerellae:
Et prima: Incipito dicere: fronte iacent.
Iu. Gesserit hic primis quae Dux Iacobus in annis
Transeo sub uariis Sfortiadum Ducibus:
Qui bene si nossent: Iacobum: quid timuissent?
Dux solus poterat sustinuisse Duces.
Pa. Hic Mediolani uidit Ducis illa Pphilippi
Tempora: quae bellis non caruere suis
Ante crearetur q̄ Dux: sceptroq; potitus
Sfortia Franciscus se penes hunc habuit.
Iu. Ludouico undecimo missus succurrere Gallo
Francisci nato traditur iste Comes.
In Regem Proceres coniurauisse feruntur:
Qui tamen euasit uictor honore tamen.
Pa. Conspiratorum fuerant Burgundius horum:
Borbonius sue Duces: pncipium atq; caput.
Bis duo lustra: duosq; annos Triuultus agebat:
Cum Dux Borbonius Sfortiadas timuit.

Philippus Dux Mli.

Ludouicus xi. Rex Frác. Galeatius Francis. fil.

Burgú. Dux. Borbó. Dux.

Narbona. Allobrogus. Vienna.

Iu. Narbona Alpinas: Allobrogus: atq; Vienna:
Viderunt Italos transiluisse niues.
Oppida Borbonii sunt expugnata Ducatus:
Sunt prædæ factæ: depopulatus ager.

Pa. Sfortiadæ uellent cum se coniungere Regi:
Arx illis obstans nec bene capta foret:
Gallorum occurrunt duo fortia corpora: probris
Incessunt Italos pluribus atq; minis.

Iu. Galli procero superunt corpore bini:
Contra quos tendunt Sfortiadæ totidem.
Sfortia sed miles rapitur crescente duello
In primo ab Gallis impete quippe feris.

Gallorũ natura. Cõparatio.

Pa. In siluas ueluti prædam fert: denteq; sæuo
Hinc atq; hinc torquet: dilaniatq; lupus:
Vt tulit Alcides Lybicum tellure gigantem:
Sic Gallus captos sæuiit in miseros.

Hercules. Antæus.

Primum Triuultii facinus.

Iu. Ornatus galea tum Magnus: fortis & hasta:
In medios hostes iruit: hosq; fugat.
In sua captiuos Triuultius agmina duxit:
Solus & illesus maximo honore redit.

Iacobus Cremensis.

Pa. Firma redemerunt Iacobum tela Cremensem
Triuulti: primum roboris indicium.
Italicas acies olim formidine captas
Hoc confirmauit tam egregium facinus.

Iu. Longobardorum solo uel nomine Galli
Terrentur: Magno styps duplicata Duci.
Ab Duce Francisco subito uenere tabellæ
Ad natum: grates huic ut agat iuueni.

Pa. Triuulto scribens auxit Dux Sfortia Magno
Franciscus fati signa futura sui.
Nanq; gerendarum iuuene hoc præsagia rerum
Sunt data: quæ Magnum composuere uirum.
Iu. Francisco Lachesis filum secat: aduenit urbem — Francisci Ducis Mli mors.
Natus per montis multa pericla suam.
Insidiis positis: cæcas per templa latebras
Quæsierat: currens ungue uolantis equi.
Pa. Successor patris fuerat Galeatius ille: — Galeatius Dux Mli.
Qui tanto Gallos terruit ante metu.
Dux Mediolani factus properauit ad Arnum: — Arnus Flu.
Huc Florentinis suppetiasq; tulit.
Iu. Cum Florentinam peteret Galeatus urbem:
Quia tanta exhibita est gloria: tantus honor:
Atq; Bonam secum uxorem duxisset in hostem — Bona.
Florentinorum Coleum ad arma ruit.
Pa. Coleus ipse sagax Venetorum Bartholomæus — Bartholomæus Coleus.
Induperator erat: cui male partus honos.
Quamuis: ut profugis sedes donaret Hetruscas:
Fortunæ finxit Coleus esse Ducem.
Iu. Obstitit Alphonsus Calabrum Dux atq; Leoni: — Alphonsus Dux Calabri.
Coleus Hetruscam deinde reliquit humum.
Præfectus turmis est cunctis Dux Federicus — Federicus Dux Vrbi.
Vrbini: contra Coleum: & Adriacos
Pa. Triuultus Federice tuos tunc primus honores
Sustinuit: datus est qui tibi iure comes.
Herculis Estensis robur: ualidumq; Robertum: — Hercul. Estē. Robertus Seuerinas.
Donatum Comitis transeo: dehinc alios. — Donatus Comes.

Iu. Contra hostes:qui non ullum certamen utrinq;:
Q uod uerum dicas:conseruere simul:
Anemonis uallis. Vrbinas acies per uallem Anemonis egit:
Estq; Fauentinos depopulatus agros.
Manfredus Astorgius. Pa. Tanti Manfredus Venetis Astorgius hærens
Post Thuscos:author dicitur esse mali.
Castellum Bononiēse. Immola. Inter Castellum:cui iuncta Bononia nomen
Fecit:Corneli &:castra locata:Forum.
Alex. Sfor. Iu. Summus Alexander Francisci Sfortia frater
Militibus Venetis Ductor apertus erat.
Ricardina. Vnda Ricardinæ torrentis uidit utrasq;
Decertare acies ordine parua suo.
Pa. Sfortiadæ aggressi clitellas ac ueterina
Sūt Venetū:quibus huc omnis ad arma ruuit.
Cronographia. Iam cursu medium Phœbus conscenderat axem:
Principium pugnæ cum fuit illud atrox.
Iu. Collatis signis crudelia facta uidetes:
Accensi ut partes sustinuere suas.
Pugnatum est horas ad binas noctis utrinq;:
Incensis lychnis undiq; lumen erat.
Pa. Vidit Alexandrum simulac socerum gener idem
Vrbinas:Pater est mi satis illud:ait.
Vt lubet efficias:non curo:Sfortia dixit.
Ambo tuba castris se tenuere suis.
Iu. Non occisorum numerū mihi duco canendum:
Triuultum satis est concinuisse meum:
Q ui uelut horrendū fulmē properabat in hostes:
Lustrabatq; oculis agmina cuncta suis.

Pa. Nanq; suis animos: uires pariterq; ministrans:
Confertos hostes solus adire ferox.
Hic exornati pedites equitesq; frementi:
Attemptent animo bella parata suo.
Iu. Mirabantur opus iuuenis praeclaraq; facta
Omnes: commixtum robore & ingenium.
Vrbinas Dux: & Galeatius: ore benigno
Excepere suis laudibus inde Ducem. Federicus Vrbini Dux. Galeat. Dux. Borsius Dux Ferrariensis.
Pa. Borsius Estensis: cui lis est minima: dirimit
Praelia: legatis: pax rata facta uiris.
Interea mater Galeati Blancha regebat: Blancha.
Dum Mediolanum filius ipse redit.
Iu. Filius ipse suam repetit Galeatius urbem:
Postq; finitimis bella nouata suis.
Huius legatos spreuit Burgundius Heros: Brugū. Dux.
Cum quo Sforciades taedas inire parat.
Pa. Iste Philiberto Sabaudo praestitit omnem:
Quam potuit totis uiribus auctus: opem:
Ab se depulsos Sabbaudia cernat ut hostes: Philibertus Dux Sabbau.
Et careant belli: Vicus: agerq; metu.
Iu. Ordine procedunt turmae: Galeatius armis
Eminet insignis: secum Iacobus adest.
His audet nullus miles se opponere: Sanctus
Germanus damno uim parat ecce suo. Sanctus Germanus.
Pa. Hic munitus erat locus: & fortissimus obstant
Sforciadis clausi: nil metuuntq; uiri.
Malebant extrema pati: & Burgundia iussa
Amplecti: q̄ se dedere Sforciadis. A

Iu. Tela uolant:belli tormentaq; mœnia pulsant:
Exquiruntaditus qua melior pateat.
Hos prohibet fossam superare:& scandere muros.
Inclusi fortes corpore:corde simul.

Pa. At Magnus pauidas cum uidit stare cohortes:
Virtutem:uoluens pectore:Martis:ait
Vos o qui socii semper uixistis in armis:
Cur non contra hostes irruere hosce iuuat?

Orō Triuul.

Iu. Quæ mora uos retinet? quæ uos tā sera moratur
Segnicies? inquit:laude paretur honos.
Nunc opus est famam claris extendere factis:
Nunc ueterum subeant uos monumenta uirū.

Pa. Non ego Triuultus:Ducis at præsentia nostri
Incitet:Eia hostes currite per medios.
Pergama qui primus iam iam conscenderit alta:
Ipso muralis iure corona manet.

Muralis Corona.

Iu. Hæc ubi facundo Triuultius ore locutus:
Verba Seuerinas ista Robertus ait.
O præstans animi Iuuenis:quis tangere muros
Te prohibet? factas nosq; docere uias?

Robertus Seuerinas

Pa. Tum contra Magnus:miles densissimus obstat:
Et uetat ad muros figere posse pedes.
Copia fit Magno subeundi mœnia:dixit:
Qui sibi concessum:quicquid habere uelit.

Iu. Binos assumpsit seruos:ne mole grauatus
Armorum:fœdis obrueretur aquis.
Illorumq; humeris fossam traiecit:& idem
Admotis scalis:mœnia scandit ouans.

Triuul. facinus præclare.

Pa. Triuultus densis circundatur undiq; telis:
Inq; hostem totus fertur initq; ferox.
Inuadit socios summa admiratio:cernunt
Cum tot & audentem talia facta ducem.
Iu. Intrasset Magnus iam iam Triuultius arcem:
Saucius in lata ni male fronte foret.
Prostratum famuli excipiunt:mutuq; relinquunt:
Vix reliquus Magno spiritus ullus erat.
Pa. Ad se delatum blando Galeatius ore
Triuultum spectat:magno & amore fouet.
Est equitum ductor multa cum laude creatus.
Ob iuuenis facinus Sfortia læta cohors.
Iu. Inclusi obsistunt hostes:mittuntur ad umbras
Innumeri:cædes:luctus & astra ferit.
Sfortiadæ ad summi euadunt fastigia muri
Tandem(proh superi)sexus uterq; perit.
Pa. Dux Mediolani uictor fit:& arce morantes
Succumbunt:referens omnia fama uolat.
Cunctorum immensus mentes timor occupat:oēs
Illustri claues Sfortiadæq; ferunt.
Iu. Est omnis regio citra Alpes reddita claro
Sfortiadæ:fuerant cum sacra festa Dei.
Hic Deus intacta de uirgine natus Iesus
Dicitur:quod quanq̄ secta prophana negat.
Pa. Si summus Deus est Christus:cur Iuno maritum
Ac fratrem toties tollis ad astra Iouem?
Nam si de summo Iouis edita dicta cerebro:
Credo tamen Christum me genuisse Deum.

Sancti Germani Expugnatio.

Natiuitas Christi.

E

Maria uirgo.

Iu. Pœnitet erroris:nam dum saturnia Christum
Nescirem:coniunx sum Iouis atq; soror.
Non ignorato Mariæ mihi deniq; fructu
Virginis:est frater:uir quoq; & ipse Deus.

Pa. Hæc bona concordes sententia reddidit ambas:
Posthac discordes quas fore forte reor.
Esse Deum uerum uolo Christum:quando creatã
Me dicam e summo cuncta regente Ioue.

Iu. Ipsa Iouem quoties olim ostentabo tonantem:
Sanguine cognoscas uirginis esse satum.
Si nos inter erit discordia mota deinceps:
Tu caput:incœptam currito ad historiam.

Galeatius Dux occisus. Mors.

Pa. Ominibus patriam infaustis Galeatius almam
Tendit:ibi fossus uulneribusq; cadit.
Heu mortẽ inuisam:quæ spem mortalibus aufert:
Et turbat:quicquid iam sibi struxit homo.

Iu. Heu quantum miser:& misero infelicior ille:
Qui sperat metas tangere posse suas.
Quis furor o ciues?cur coniuratio dira
Impulit ad tantum pectora uestra nefas?

Pa. Quam felix patria hæc:si uiueret ille:fuisset:
Qui pace atq; armis clarus in orbe fuit.
Quantum terrarum potuisset sanguine uinci:
Hausit ciuilis quem furibunda manus:

Iu. Ciuibus occiso coniuratoribus illo:
Pro puero uxori sunt data sceptra Bonæ.

Bona Io. Galeat. Dux Mli

Paruus Ioannes Galeatius inde creatus
Est dux:rem summam matre regente Bona.

Pa. Hos apud est habit9 cũ magno Magnus honore:
Defuncto scirent quem placuisse duci.
Viuens Triuultum mensa Galeatius omni
Dignabatur:amans isq; sodalis erat.
Iu. Sub dominante Bona Galeati coniuge:primas
Triuultus partes imperio tenuit.
Militiæ atq; domi præstans Triuultius Heros
Noscitur:illius consiliumq; sagax.
Pa. Ad Mediolani regimen delectus habendum
Municipum numero nobiliore fuit.
Duplex Insubrium florebat in urbe senatus:
Vrbanas alter res:ducis alter agunt.
Iu. Arce senatores tamen omnia constituebant:
Arbitrio fieri quæ uoluere suo.
Solus Cicchus erat:regeret qui cuncta:senatum
Atq; ipsum:exclusis ab duce Sfortiadis.
Pa. Cicchus hic ingenio ualde præstabat acuto:
Ex humili natus qui fuit hercle loco.
Creuerat inde puer Francisci principis aula:
Estq; trium factus conscius ille ducum.
Iu. Sfortia germanus truncati iam ducis:oris
Exul erat patriis:Ludouicusq; simul.
Turbabant quia regna duo:Galeatius Heros
Finibus hos frater iussit abire suis.
Pa. Alpes uulgata Germani morte niuosas
Hi superant:ueniunt in patriumq; solum.
Bellum horum aduentu crescit:pax atq; fugatur:
Hoc alii gaudent:hoc aliiq; doleat.

Bona.

Cicchus.

Sfortia Dux Bari.
Ludo. Sfor

E ii

Iu. In Cicchum Calabrum coniurauere uolentem
In regno nullum: Sfortiadæ: socium.
Cicchus percipiens ad sanctum cuncta senatum
Rettulit: aiebat Magnus id esse nefas.

Ludouicus Mant. Mar.

Pa. Defleuere ducem missi plærique peremptum:
Sed mage: cui paret Mantua: Ludouicus.
Sfortiadis gratus: patruos mouisse tumultus
Corripit: & ponant ciuica bella rogat.

Obiect. Flisc.

Iu. Partem aliam hortatur: patruos ne lædere tentet:
Hos uictu digno uiuere deinde sinat.
Pax breuis a Flisco: cum prælia cœpta: fugatur:
Contra quem patrui castra locare negant.

Pa. Hoc facinus uetuit Magnus: solusque coegit
Hostiles fugere: & linquere signa: manus.
In patriam rediere duces: superatus & hostis.
Coniuratores torua Megæra premit.

Moguntia. Donat. Comitis capit.

Iu. Donatum comitis retinet Moguntia captum:
Sfortia dux Bari fratribus hunc repetit.
Donatus Ciccho compulsus pandit acerbos:
Quos sibi nectebant: hi patrui: ore dolos.

Pa. In uario Cicchus uersatur turbine: ciues:
Et dux sunt dubii: uix quid agantque sciunt.
In Mediolanum facta est incursio: Porta
Tonsa Sfortiadis auxiliante suis.

Iu. Factio se nunquam posituram sumpta fatetur
Arma: nisi captum reddat ab arce uirum.
Cicchus: dum ualeat turmas densare potentes:
Donatum spondet: ponit & arma fera.

Pa. Huc oratores Florentia miserat:horum
Consiliis:bello finis utrinq; datus.
A Ciccho postq̄ deductus miles in urbem:
Vrbe Seuerinas:Fliscus & ille fugit. Robertus Sāseuerinas.
Iu. Suspicio fuerat quidnam discordia talis
Portendat:quæ sic conciliata foret.
Gallia suscepit profugum Bracchata Robertum.
Obiectus Fliscus Vigleuani capitur. Obiect⁹ capitur.
Pa. Complures alii ciues pelluntur ab urbe:
Qui patrium inuiti deseruere solum.
Sfortiadas omnis proclamauere rebelles:
Præconum sectas cūq; canore suas.
Iu. Cicche relegasti:Pisas:Barum:ac Trasumenum:
Ludouicum:Ascanium:Sfortiadumq; genus. Ascanius Cardinalis.
Quod male sancitum fuit heu tibi:nam reuocati
Sfortiadæ pœnas te dare morte iubent.
Pa. Sectantem turbam metuens Octauius ille:
Abdua qui nostris dicitur amne perit Obctaui⁹ nus submergitur.
Ascanius fratris casum gemit:alter acerbo
Ludouicus letho rupit ab ore genas.
Iu. Coguntur fratres externam quærere sedem:
Aede licet primum se occuluere sacra.
Interea comitis Donatus in arce moratur:
Qui fossa lapsus fune repertus erat.
Pa. Captiui auxilio dum se committere fossæ
Ausus Donatus:nulla medela fuit.
Corpore & ingenio præstans Donatus obiuit.
Reddita pax urbi Sfortiadumq; fuga. Donatus Moritur.

Sixtus cum Ferdinando Laurentius Medices.

Iu. Pontificis Sixti culmen:rex Parthenopæus;
Et Ferdinandus fœdera iuncta tenent.
Te quoq;medicibus Laurenti gloria prima:
Tentarunt laribus pellere posse tuis.

Raphael Cardinalis Sancti Georgii.

Pa. Laurenti fatum misso Raphaele paratur
Roma:dum fingit se date tuta Deo.
Viscera Laurenti spargat mucrone corusco:
Munus Baptistæ est ab Raphaele datum.

Iu. Tenuit hunc:Marius ueluti:Laurentius ipso
Aspectu:blanda uoce suaq; simul.
Destitit haud Raphael scelus hoc patraŕ nefandū:
Presbytero:ut feriat multaq; dona dedit.

Iulianus Medices occiditur.

Pa. Laurenti occidit corruptus munere fratrem:
Alter qui fuerat creditus occubuit.
Milite de Sixti pœnas Laurentius hausit:
Finis Pisani præsulis est laqueus.

Pisanus Archieps. Franciscus Saluionbus suspenditur.

Iu. Irarum plenus flammas e pectore Sixtus.
Effudit dicens:præsul inultus ero?
Pontificis turmæ:regales atq; reguntur
Alphonso. Veneti Medicibusq; fauent.

Alphō. Dux. Veneti cum Florētinis & Duce Mli.

Pa. Dux Mediolani Venetis coniungitur:isti
Pro Florentinis robora gentis habent.
Vt Ferdinandus uires cognouit adesse
Hetruscis:causas querit ut has minuat.

Iu. Conabatur enim præsertim cederet armis
Sfortiades. Regem Prosper Adornus adit.
Rex dominū Genuæ facturum spondet Adornū:
Inferat Insubrium si fera bella duci.

Prosper Adornus.

Pa. Fœderibus ruptis: Prosper: secumq; Robertus
In Mediolanum castra parata uocant.
Sensit ubi Cicchus: ualidissima robora cogit:
Petrus Franciscus, militibusq; iubet.
Iu. Hostibus inspectis Petrus Franciscus iniuit
Prœlia: quem uictum sors inimica premit.
Cicchus ut effusas acies uidet esse per agros:
Cum Gallis cecinit fœdera iuncta tuba.
Pa. Fit gratus Ciccho Fulgosius: atq; spopondit
Huic Genuam Cicchus: liberet hoste suos.
Imperium oblatum prudens Baptista recepit:
Postq̄ hostes omnis ab Genua pepulit.
Iu. Heluetius latum Verbanum proripit armis:
Verbanum & Larium Cicchi aciesq; tenent.
Heluetius metuens: ne Cicchi uiribus impar:
Retrorsum gressus flexit: abitq; citus.
Pa. Dum stimulante gradū retrahit formidine captus
Hostis. Sfortiadum miles adit patriam.
Hostis ubi hoc uidit magno de uertice montis
Saxa iacit: metus hinc: hinc animusq; fuit.
Iu. Interea hortatur rex Ferdinandus: in urbem
Sfortiadæ ut redeant: in patriamq; suam.
Sfortia: Ludouicus: glomerant aciesq; Robertus
Sabbatios simul & depopulantur agros.
Pa. Copia Sfortiadis patruis armata resistit:
Quæ iām sub Cicchi nomine missa fuit.
Talia nec patruos: sed regem Parthenopæum:
Indixisse duci prælia: rumor erat.

Petrus Fancifcus Vicecomes.

Bapt. Fulg.

Verbanus. Larius. Heluetii fugati.

Iu. Et Sixtum:& regem socios Florentia longo
Tempore perpessa est:Insuber hancq; iuuat.
Inducias hostes tandem petiere:uiderent:
An dirimi inter se lis mala:pace queat.
Pa. Ingauni patruos metuunt dum bella ferentes.
Extremum clausit Sfortia morte diem.
Ludouicus Bari post hunc insignia cœpit:
Derthonam ingressus nullaq; bella finit.
Iu. Sfortiadis obstans Cicchus sub pectore uoluit:
Quem mittat contra bella parata ducem.
Magnum Triuultum fulgescere cernit in armis:
Affore non quenq̃ huic ingenioq; parem.
Pa. Dignior est Magno nullusq; fidelior:inquit
Cicchus:Triuultum:sumat ut arma:rogat.
Factio:quæ patruis uæhementer grata fauebat:
Conuenit matrem subdola:blanda:ducis.
Iu. Ludouicum patruum:cui detur cura nepotis
Euocet:hortatur factio Sfortiadum.
Infelix genitrix simulatis uocibus heu heu
Credidit:hæc o quot causa & origo necis.
Pa. Venit ut in patriam patruus:sunt orta:misellam
Prælia quæ laniant continue Italiam.
Ludouici miles:fuerat qui forte relictus
In castris:urbem pergit adire suam.
Iu. Est captus Cicchus:legatos Austria misit
Pro Ciccho:exiret protinus arce probus.
Ticeni Cicchus truncatur in arce retentus:
Qui:ueruex ego sum:tu Bona:dixit:ouis.

Sfori mors. Ludo Dux Bari sufficit.

Cicchus moritur.

Pa. Sfortia Ludouicus confosso fratre:nepotis
Personam patruus sustinuit moderans. Ludouicus gubernans.
Infantis mater Bona:post᷑ Cicche sepulchro
Fide iaces:solito mitior extat:abit.
Iu. Taxini exilio causam adscripsere:tetendit
Francorum in patriam uela subinde:Bona.
Tutior in regno uult sanctum optare senatum
Ludouicus:fidos deligere atq; patres.
Pa. Palauicinum mira grauitate:uitumq;
Insignem elegit patruus Eustathium. Palauicinus. Eustathius.
Vt fieret missus maiora stypendia poscit.
Tali indignatus forte Robertus erat. Robertus Seuerinas abit.
Iu. Ludouicus renuit Maurus dare plura Roberto:
Ad castrum ducit quem subita ira nouum. Castrum Nouum.
Aduocat hunc Maurus:frustraq; ingentia dona
Spondet:non illo uiribus inferior.
Pa. Sunt acies parua affectæ non clade ducales:
Dux Ingaunorum quando Robertus erat.
Attamen hic meritas persoluit deniq; pœnas:
Cum Derthona acies uidit obire suas. Derthona.
Iu. Conscendens lembum:paucis comitantibus urbẽ
Hetruscam:statuit protinus ire Senam.
Hostiles gladios ac mille pericula fugit:
Vix euasit idem Sabbatiumq; caput.
Pa. Vt Mediolani:Galeati frater:habenas
Ludouicus Maurus nomine surripuit:
Externis bellis ac nostris Magnus honores
Triuultus magnos Marte fauente tulit.

Iu. Impia damnauit quantum ciuilia bella
Triuultus:sese qui bene rexit agens.
Pisaurus pulso Constantius urbe Roberto
Successit:Magnus cui datus inde comes.

Constantius Pisaurus in locum Roberti Seuerinatis.

Pa. Egreditur belli moles densissima:contra
Petrum:quem genuit Roscia prisca domus.
Defecisse ferunt hunc:qui uexilla Roberti
Curarit toto robore uelle sequi.

Petrus Rossius.

Iu. Sfortiadas Petrus timuit:pacemq; rogauit:
Induciis dictis fœdus utrinq; parant.
Solus pacati belli Constantius author
Vult credi:incautum Roscia turma premit.

Pa. Alter erat Parmæ saluo cum milite Petrus
Bergomeus:nulla principis auctus ope:
Pressus apud Tarum sed Petro fugit ab hoste:
Talia Parmensi parta trophæa domo.

Petrus Bergom.

Tarus Fl.

Iu. Ludouicus:postq̃ fusas uidet esse cohortes:
Facundo Magnum conuenit ore ducem:
Vt uelit euictis succurrere sæpe precatur:
Vndiq; dispersas colligere atq; acies.

Pa. Dilector patriæ Magnus non spreuit in hostes
Ire:sed accitas cogit ubiq; manus.
Tota acies fluuio dum Taro est facta propinqua:
Hostis compertus maior erat numero.

Iu. Immensum Magnus flumen superare ueretur:
Sic paulum flectit:sic retrahitq; gradum.
Dum fluctus scindunt plures:pluresq; morantũr
Littore:formidat ne uetet hostis aquas.

Pa. Pectora ne feriant:metuebat Magnus & hostes.
Quare:audi:tibi quæ nunc cano:miles:ait.
Tentanda est:socii:uel mors uel causa salutis: Oio Triuul.
Si cupitis mecum uincere:uictor ero.
Iu. Si cupitis mecum uos uincere:corde recedat
Terror:sperentur prælia forti animo.
Obuia si comites semper uenietis in arma:
Victores erimus:cedet & hostis iners.
Pa. Sed si nos:hostes ignauos esse uidebunt
Transadigent gladio corpora:fata dabunt.
Calcabunt uolucres inhumata cadauera rostris:
Dicemurq; auidis esca fuisse feris.
Iu. Ergo agite:o socii:uestram seruate salutem:
Natorum memores:coniugis:& patriæ.
Ipse comes semper ueniam:ne horrescite tela:
Nec uos destituam:castra sed usq; sequar.
Pa. Talibus orabat:quærens inuadere miles
Hostes:spe uires atq; timore capit.
Sed magis ut uideat:timeant an corda uirorum:
Stringit equũ Magnus: torquet & orbe simul.
Iu. Nunc ensem nudat:nunc sistit:miles agentem
Sic imitans:fluuium cum duce sponte secat.
Consilio tali lusus uix uincitur hostis.
Solus Triuultus causa salutis adest. Stat gema Triuul.
Pa. Interea Veneti dant castra regenda Roberto: Robertus Sanseuerinas
Pisaurum Maurus mittit ab urbe ducem. Venetorum Dux.
Regna Philiberti:qui uita excesserat(illi Philibertus Dux.
Charolus est frater)concupiunt Veneti. Sabbau. moritur.

Iu. Ludouicus: Venetos ubi nouit uela daturos:
Hostiles classes trudere uelle parat.
Sencti. Secund. Obsidione premit te pulchra Cremona: secundũ
Et sanctum: expectans te Federice ducem.
Pa. Ductor ut ad Maurum properauit: bella superbis
Indixit Venetis: Sixtus & his socius.
Sixtus cum Venetis. Ferdinandus cum Mauro. Ferdinandus init cum Mauro fœdera: natum
Mittit & Alphonsum: qui sua castra regat.
Ferraria. Iu. Adriacus Sixto iunctus. Ferraria bello
Mauri suppetias exagitata petit.
Ludouici subito uidit Ferraria uires:
Pene urbes cunctas prælia tum laniant.
Federicus Vrbinas. Pa. Alphonsus Sixtum: Venetos Federicus: in agro
Parmensi Magnus: teq; Roberte premunt.
Adriacæ naues delentur: clade Robertus
Veneto. naues uictæ. Afficitur: Petrus Roscius inde cadit.
Petrus Roscius morit. Iu. Ante tamen fuerat gens proclamata rebellis
Roscia: Ferrati hanc Marchio montis agit.
Guliel. Mar. Mont. Fer. Beltramus. Beltramus Petri defuncti filius: ut se
Desertum uidit: suppliciter iacuit.
Magnificus Robertus Malatesta Ariminensis. Pa. Magnificus bellum Romæ gessere Robertus
Alphonsusq; simul: Marte furente: duces.
Aspera pro Sixto gerit idem bella Robertus.
Alphonsus stragem pertulit: atq; abiit.
Renatus Triul. Iu. Agmina Pontificis iuuit sacrata Renatus:
Triuulti Magni frater: honore micans.
Fortis erat bello: primum Triuultia proles
Quem sciret: Magnus ni satus ante foret.

Pa. Corporis ac animi fratres merito ambo fuere.
Romam intrat gaudens:isq; Robertus obit.
Decessit positus tumulo Federicus eodem
Tẽpore:sub quo dux hic quoq; Magnus erat.

Magnificus Robertus Malatesta Arim. morit. Federicus Vrbi. morit.

Iu. At memor illatæ cladis damniq; recepti
Alphonsus Sixto bella resumpta nouat.
Ludouicus contra Venetos magna agmina duxit:
Roscia stypis postq̃ conciliata fuit.

Pa. In Venetos etiam mouit Ferraria bellum.
Ludouici miles uictus ab hoste manet.
Triuulti uirtus quid sit Ferraria sensit:
Inuasit superi quam fera turba maris.

Ludouicus Sfor. princip. Ferrariense bellum.

Iu. Prædam agit Euganeus. Locus est aĩalibus omnis
Qui plenus generis:gaudia summa ducis:
Hunc delere tibi potuit Ferraria equorum
Vngula: dux:urbis pene perit dominus.

Pa. Credebant pleriq; ducem periisse:sed ille
Lætitia affecit quẽlibet ore patens.
Heu quot consternas falso mala fama dolore:
Exhilarant heu quot gaudia uana tua.

Fama.

Iu. Tum Magnus metuẽs:ne capta suburbia ab hoste
Essent:militibus prodiit urbe suis.
Ecce Seuerinas cum nato castra Robertus
Ducebat Venetum:Magnus in hosce ruit.

Pa. Fit strepitus:dum bella gerunt:Martẽq; cruentãt:
Ensibus atq; armis fulgur utrinq; salit.
Fulminat:Hectoreo ueluti de semine natus
Sit Magnus:Venetos uulneribusq; ferit.

Robertus Sãseuerinas uincitur a Triuultio

Iu. Vt rapidus torrens siluas trahit:ut leo plures
Sternit dente furens:Magnus ita ense suo.
Hostis:Triuulti robur sufferre nequiuit.
Ficatiolum. Tu Ficatiolum uicte Roberte fugis.
Pa. Admonuit Venetos Sixtus ne bella cierent
Vlla:nisi id faciant:his ferus hostis erit.
Ferrar. Trib. Sixto pendebat Ferraria multa tributa:
Quem petiit missus nuncius a Venetis.
Iu. Adriaci spondent coniunctos affore semper
Pontifici:hāc urbem nec minus arte premunt.
Vrsini & Ferdinand. cum Sixto Pont. Vrsinis Veneto non gratis Sixtus amicus
Fit:Ferdinandus Pontificiq; fauet
Pa. Dux Mediolani:& Florentia fœdera nectunt
Veneti Soli His:Venetus pulsus fœdere solus erat.
Guido Roscius. Roscius extorris Guido:Guidoq; Torellus:
Guido Torellus. Impulsu Venetum:bella nefanda mouent.
Iu. Oppida corripiunt patriæ.Ferraria sumpsit
Alphonsum.Illorum uincula uincta magis
Cremonæ concilium. Fœdere percusso Heroes uenere Cremonam:
Sixti legatus.Sforcia Ludouicus.
Pa. Alphonsus Calabrū dux hāc quoq; uenit in urbē:
Atq; alii:indicunt prælia qui Venetis.
Galeot.Mirā. Pellitur interea Galeoto frater:eandem
In patriam ductus patre iuuante sacro.
Iu. Ludouicus patribus conscriptis ista locutus.
Oro Ludouici Sfortiæ. Nulli hostes nobis sunt mage q̄ Veneti.
Nil melius duco:q̄ ne Ferraria uiuat
Sub Venetis:fas est hoste cauere malo.

Pa. Inferrent bellum nobis:dominariet urbi
Si possent:primis:nec metuant Veneti.
Hæc hortor:uestra & quæ sit sententia:posco,
Ardua res Venetos supposuisse feros.
Iu. Exitus incertus bellorum semper habetur: Euêtus belli.
Et dubium est: quo sois pendeat:unus ait.
Hoc igitur bellum differre:pericula pugnæ
Declinare placet. Ludouicus renuit.
Pa. Q uãq̃ hæc Ascanius:patres:Magnusq; referent:
Ludouicus Venetos attamen insequitur.
Fœdere connexos inuicta superbia gentis
Adriacæ nullo tenuit illa modo.
Iu. Alphonsus duxit turmas. Argenta feroces Argenta.
Vires ferre nequit:deditur huicq; duci.
Seruabat Venetum Gallus Lothoringius arma,
Gonzagus Mauri dux Federicus erat. Federicus Mant.
Pa. Agmina cœperunt ut Roscia deinde relictam
Iam patriam:Magnum patruus alloquitur.
Insectare meos fidissime Magnæ rebelles.
Guido sed in montes non procul urbe fugit. Guido fugit.
Iu. Se subdunt patruo Torclaria:deinde Nucetum, Torcularia. Nucetum.
Ludouico:Magno Turricula atq; datur. Turricula.
Roscia sunt Magno Triuulto parta trophæa.
Illiberes gallos Parthenopæe premis.
Pa. Dissipat Alphonsus classem:Ferraria circum
Esse uidet Venetos:quos facta nulla iuuant. Interdictum Venetis.
His interdixit Sixtus solẽnibus aris: Sixtus Pon.
Sacrilegos:hostes Pontificisq; uocat.

Francisc. Co. Gaiaz. Alphō. iungitur.

Iu. Arma seuerinas maior Francisce Roberti
Deseris: Alphonsum & pro patre tutus adis.
Huius frater adit Galeatius ore sereno
Ludouicum: bellis libera Parma fuit.

Consta. Pis. ductor. Venet. Roberto Sanseuerinas Abdua traicit.

Pa. Sfortia praeterea Veneris Constantius haeret:
Nec Florentinis hic mage ductor erat.
Abdua traiicitur: Venerorum lege: Roberto:
Fit Mediolani summus in urbe timor.

Iu. Formidant ciues: ne ciues causa fuissent:
Sed solos Venetos bella tulisse patet.
Terga Seuerinas: superatis fluctibus amnis:
Et sese opposito ciue: fatigat iens.

Constantius moritur. Alphonsus sequitur Robertum fugientem. Soncini castrametatur Triuul. Ludoui Fra. Rex. xi.

Pa. Sarcophago positus iacuit Constantius atro.
Insubrium Alphonsus flexit ab urbe gradum.
Alphonsus sequitur praebentem terga Robertum.
Soncini Magnus castra locata tenet.

Iu. Ludouicus decimo Fracorum erat inclytus haeres
Tunc Regi. Magni magnus ubiq; pauor.
Triuultus: quo flectit iter (mirabile) cunctos
Finitimos terret: maxima fama uolat.

Pa. Multa Robertus ubi cognouit damna ferentem
Magnum: Soncinum pergere constituit.

Topograph.

Est uia: quae lateri gressus cuicūq; negabat:
Miles iter ferro rupenthincue trahet.

Iu. Venerat huc miles: conspecto ponte Robertus:
Abdua qua curriculam superare parat:
Pons uehit ad templum Mariae: circūdare Magnū
Hostis sperabat militibusq; suis.

Pa. Obuius it:primum uenientem misit ad orcum
Magnus:quem audentem talia quisq; timet.
Proh pudor:ut miles præcesserit ille:Roberto.
At contra Magno plurimus extat honor.
Iu. Postq̃ cognouit tantas in corpore uires:
Cui seruis mi dux Magne:Robertus ait. Robertus ad Triuul.
Ah mi Magne:duces cunctos qui robore uincis:
Incassum pro quo strenuus arma geris?
Pa. Olim plura dabunt tanti tibi damna labores.
Exempla haud longe sunt repetenda mihi.
En me conspicias:humeris qui ferre solebam
Maurum suppositis:dum patria exul erat.
Iu. Nostra ope cum sensit non ulla Maurus egere:
Contempsit:nobis irritus iste labor.
Verborum quandoq; memor sis Magne meorũ:
Inuenies uatem me cecinisse nimis.
Pa. Deterius nihil esse puto q̃ ingratus haberi: Ingratus, Gratus.
Nil melius grato dicitur esse uiro.
Hæc ubi dicta dedit:discessit:bellica fama
Triuulti Magni & gloria facta comes.
Iu. Brixia cum Venetum bellum:Veronaq; sensit Brixia.
Post Mediolanum:laus ducis ampla fuit. Verona.
Interea Ferdinandus rex æquora multo
Milite conscendit:fert Venetisq; minas.
Pa. Ollius Alphonso traiectus:qui petit hostes: Ollius FL.
Et quem formidat Brixia:ne imperitet.
Cedere paulatim Veneti coguntur:amœnos Veneti uincuntur.
Alphonsus campos uastat ubiq; fremens.

Asula capit. Boardæ.

Iu. Veronensis ager prædam persensit iniquam:
Alphonso capta est Asula dura situ.
Huc sunt deductæ: feriebant quæ astra Boardæ:
Vi rumpunt limen: claustra nec ipsa ualent.

Charol. Rex Francorum octauus. Ferdinan. & Vngariæ Rex cū Sixto Pont. Lorenæ Dux cū Venetis.

Pa. Charolus interea Patri successit: habenæ
Gallorum sunt huic ordine deinde datæ.
Successu Sixtus gaudet: Pannonia: Roma:
Pacantur: reges ambo premunt Venetos.
Iu. Bella Robertus agit frustra. Lothoringius esset
Cum Venetis: potuit quod peperisse decus?
Alphonsum sumpsit Ferraria: quē inde Robertus
Insequitur: Maurus Bergomeos cruciat.

Romanū.

Pa. Romanum patruus flectit: mox tendit ad urbem:
Et Mediolani fit mora Ludouico.
Alphonsus nunc huc nunc illuc more relictæ
Militiæ pergit: sorsq; inimica fuit.

Veneti cū Genuensib9.

Iu. Fortior Alphonso Venetus se fœdere nectit
Sabbatiis: turmas Sfortiadumq; petunt.
Sixti legatus: necnon Alphonsus in urbem
Romam deueniunt: bella mouent Venetis.
Pa. Bellando Venetos iterum turbare superbos
Constituunt. Patruo fraus mala structa fuit.

Ludouicus Vicomercatus.

Ludouicus Mauro Vicomercatus in arce
Angelica positus fata parare cupit.
Iu. Armatus portæ templi: quod adire solebat
Quotidie Patruus: sistitur: huncq; manet.
Ludouicus solitam portam haud ingressus: acerbū
Euasit gladium: noscitur omne scelus.

Pa. Ludouici patrui seruus cognouit habentem — Fraus i Maurum detecta.
Ensem:detectus sic fuit iste dolus.
Occubuit captus:plures quoq; terga dedere.
In Venetos socii:Maurus &:arma mouent.
Iu. Alphonsus:Patruusq; simul uenere Cremonam:
Inuadunt Venetos:qui sua bella tenent.
Vrbs perpessa fuit cladem Ferraria summam
A Veneto:segni Marte Robertus agit.
Pa. Debita naturæ soluit Federicus:habenas — Federic Gōzag. morit.
Infans Franciscus suscipit imperii.
Alphonsus Maurum petiit:nec pertulit æquo
Hoc animo:cunctis ut tacitus faueat.
Iu. Omnibus optabat Maurus dux primus haberi
Plurima cui spondet dona uafer Venetus.
Ingenium Mauri Euganeus cognouerat:illo
Liberet ut bello se:patruum rogitat.
Pa. Mentem tanta ualent Patrui promissa tenacis
Flectere:cum Veneto pacem iniit Patruus.
Munera Ludouicum multi mouisse putarunt.
Quod nec ait Magnus uera referre studens.
Iu. Magnus ait:Maurum fecisse id:fraude coactum.
Alphonsus:Sixtus:fœdera percutiunt.
Fœdera sanciuit positis Triuultius armis — Triuul. autor pacis.
Inter Sfortiadas:Adriacosq; duces.
Pa. Et Florentini simul:& Ferraria iungunt
Se Venetis:odium Maurus ubiq; trahit.
Imperio Estensi sunt oppida reddita:& urbes:
Sola Polentanis Adria gaudet agris. — Polesinus.

Iu. Oppressus Venetus foret:hic si bella secutus
Esset:desertis atque negasset opem.

Sixt. Pont. mo itur.

Pontifici Sixto truncarunt fila sorores,
Alphonsus uisit Parthenopen patriam.

Pa. Ludouicum Alphonsus quærebat pellere regno.

Floren.& Genuen. bellú.

Bella Fluentini:sabbatiique gerunt.
Molitur Maurum sub fraude necare Robertus:
Quæ patuit:patriæ dictus & hostis erat.

Petr. Verm. moritur.

Iu. At Petrus interea Vermus:quia Roscia proles
Huius opem sensit:dira ueneria tulit.

Innocen. Pont.Max. cú Venetis.

Tum Ferdinandus rex:inque nocentius urbis
Romanæ Præsul Maximus:arma parant.

Dux Mli cú Ferdinanto & Florentinis. Rober.seue. Dux Pont. Gaspar Dux Venetorum. Mótorii turris expugnatæ a Triuul.

Pa. Dux Mediolani regi:& Florentia tradunt
Agmina.Pontifici subuenit ecce Leo.
Pontificis ductor senior fuit ille Robertus.
Filius at Gaspar præfuerat Venetis.

Iu. Tunc satis erectam turrim Montorii in altum
Dux expugnauit Magnus in orbe meus.
Expugnauit ubi Triuultius hanc:sua signa
Illic Alphonsus fixit:aditque Tybrim.

Pa. Mitteret ut Magnum clarum crudelibus armis:
Alphonsus Maurum sæpius ore rogat.

Gaspar seue. dictus Fracassus uulneratur.

Albula traiicitur dum Gaspare:uulnerat huius
Ecce ictu fauces mox catapulta graui.

Iu. Agmina nec regis:nec pontificalia distant
Longius:hæc cernit turris utrasque manus.
Prælia sub uario sæuissima Marte geruntur:
Quæ tantum dirimit nox tenebrosa satis.

Pa. Pugnatum est utrinq; diu:uictoria parta est
Sola sed Alphonso:tuq; Roberte fugis. Robert.uicit
Victus enim est:sibi cum iam Ferdinãdus haberet
Infensos proceres rex prior ille senex.
Iu. Pontificis turmæ:reliquusq; exercitus: urbis
Intra se:fugiens:mœnia continuit:
Alphonsi Romæ subito urbi castra propinquant:
Romulidas terror uastus ubiq; premit.
Pa. Hostibus oppressus Præsul:uel Roma:duobus:
Et bello:& cunctis deteriore lue. Pest.Ro.
In Mediolani fines multo impete uenit
Heluetius:pacis pacta fuere tamen.
Iu. Pontificem & regem iungit sibi fœdere Maurus: Fædus cum Innocentio: & Mli Duces & Ferdinan.
Alphonso data gens & reuocata fuit.
Ille Seuerinas Romanis cessit ab oris. Fran. seuer. cũ Roberto patre abiit.
Franciscus comes hunc subsequiturq; patrem.
Pa. Illum haud deseruit festinantem ire Rauẽnam:
Alphonsus castris ut spoliatus abit.
Dumq; Seuerinas senior:tristisue moratur
Cantalupi:Magni nuncius orat:eat: Cantalup. Robert: ñix captus.
Iu. Hostes non longe fuerant:qui terga Roberti
Sectantes:optant tradere posse necem.
Credidit haud uerbis istis:& uana putabat
Esse Seuerinas:quæ sibi dicta forent.
Pa. Nuncius intensa seniorem uoce precatur:
Ne temnat Magni consilia alta sui.
Mente fidem uoluens Magni discessit:& inquit Fides Trdaul. Roberti uerba ad Milites.
Militibus,Mihi sors usq; inimica fuit.

Iu. Nescio quæ superum tris iactet turbine tanto:
Pontificis causa nostra ruina uenit.
Pontifice ingrato meritas pia numina pœnas
Sumant:& factis premia digna ferant.
Pa. Quisq; suis igitur rebus modo consulat:oro.
Exquiram Venetos:si potero:ipse meos
Ad Venetos possem si uos deducere:læto
Essem animo:solus:parcite:suscipiat.
Iu. Verum si nobis unq̃ fortuna fauebit:
Quærite me chari deniq; uos socii.
His dictis:lachrymans miles collabitur omnis:
Ductorem solum tuta Rauenna capit.
Pa. Miles ab Alphonso captiuus factus:in altas
Pars fugit in siluas:pars per opaca latet.
Secrete ad Venetos sese traduxit amicos:
A quibus est ductor factus in Heluetios.
Iu. In patriam Alphonsus rediit:paulumq; silebat
Mars.Romanorum rex fera bella gerit.
In Belgas romanorum rex prælia miscet.
Charolus obstabat Gallica lora tenens.
Pa. Oppida plura capit Gallis:qui regna quiritum
Possidet.Antistes sunt Venetiq; simul.
Vallistellina:hos urbsq; alma Nouaria sensit
Heluetios:obstat Ludouicus patruus.
Iu. Maurum suscepit Voconia:præstq; Renatus
Militibus Magni frater:habetur honor.
Intulit hic hosti cladem:fugit impia turba
Heluetia.Heu reges Maximiane nocent.

Rauẽnã uenit Robert. Seuer.
Milites Roberti capti.
Robert.Dux Venetorum.
Maxim.Rex Rom. cõtra. Gallos pugnat.
Charol.Rex Gallorum.
Veneti cum Innocent. Pont.
Vallistellina.
Nouaria.
Voconia.
Heluetii uicti
Rena.uiuit.

Pa. Obstant Mathias:& Charolus ambo:gubernes
Ne regnum patris Maximiane tui.
Tum Sarzanellam Genuenses agmina mittunt:
Et Florentini robora gentis habent.
Iu. Nicoleos Ligurum dux:ora Salutia pulsum
Ludouicum uidit.Liliger huncq; iuuat.
Heluetios contra tentat densare cohortes
Illatæ Venetus cladis & ipse memor.
Pa. Castra locant gentes Germanæ:dumq; Tridentū
Accelerat Venetum ductor:ad arma ruunt.
Densa Seuerinas iniit certamina:quisq;
Nec cedit:ualidos firmat uterq; pedes.
Iu. E summo Rheti descendunt monte recentes:
Germanis præstant subsidiumq; suis.
Hoc metuens:subito Venetorū castra Robertus
Flexit:dirum omen:mors miseranda ducis.
Pa. Lucus erat:plures in quo latuere tacentes
Heluetii:Venetos inq; ruere pigros.
Dum scandunt Athesis retro cedentia pontem
Agmina:pons pressus mole grauante ruit.
Iu. Pars submersa fuit:dux strenuus acriter hostes
Ingreditur:multos ense micante ferit:
Vulneribus periit numeroso milite septus.
Vrbe Tridentina:uicte Roberte:iaces.

Mathi. Rex Vngariæ.
Sarzanella.
Nicol.Vrsin. Ligurū Dux. Saluciarum Marchio pulsus,fabbau. Duce Charolo.
Tridentum.
Rheti.
Lucusq; Topograph.
Pons ruit. Athesis Fl.
Robert. Seuer.moritur.



Pa. Ella: Scuerinasut Roma pulsus ab alma:

Buccalin. Buccalinus agro Præsulis aspra gerit.

Sæpius admonitus cœptis desistere uellet:

Pontificis templit uerba benigna sacri.

Iu. Se Ferdinandi tutum: auxiliisq; suorum:

Iactabat. Sanctus concitat arma pater.

Agn. Maut. Pont. Dux. Mantua quem peperit: dux Agnus: præsulis alis:

Est Buccalini nullus in ore metus.

Pa. A teneris fuerat quia semper bella secutus:

Non ullum robur pontificale timet.

Agnus deliciis fuerat nutritus amœnis:

Hostilem aspectum qui neq; ferre queat.

Iulli. Mant. Iu. Post hunc Pontificis ductor quoq; Iullius extat:

Hostem qui nunq̃ terruit arte: dolo.

Præsul ut illustri nouit ductore necesse:

Exauthoratus Iullius inde fuit.

Pa. Ingenium: uirtus Magni: peragrauerat orbem

Iam totum: Romæ cognita fama ducis.

Sfortiadæ Patrui Magno plæræq; phalanges

Affuerant: cupit hunc pastor habere ducem.

Auxinum. Iu. Antistes Mautum rogat: Auximum ut euocet alas

Triuultus: tales audiit ille preces.

Edocet Antistes Magnum: res: atq; tumultus

Romanos: qualis sitq; tyrannus: ait.

Pa. Posse tua uirtute puto:uel Matte secundo:
Hostem confundi:pergito Magne ferox.
His breuiter dictis:paucis ita reddidit Heros.
Fas parere meum:fasq; iubere tuum.

Innocent. Pont. uerba ad Triuul.

Iu. Intrepidus belli molem suscepit:in hostem
Accelerans Magnus:tuq; tyranne times:
Ingenium Magni Triuulti nanq; sciebas:
Hostis & efficeris fortior urbe tua.

Triuul. Dux Innocent Pont.

Pa. Iullius est uisus fratris perferre moleste:
Gloria quod Magno sit data tota duci.
Attamen accepit postq̄ quo tenderet:inquit:
Si mecum Magnus:pars mihi laudis erit.

Iull. Mant. Agni frater.

Iu. Emeriti partem frater:partiq; triumphi
Acquiret:referens obuius itq; duci.
Iullius amplexus Triuultum tradidit omnis
Gentes:captiuus miles ab hoste fuit.

Pa. Hunc Buccalinus suspendi iussit:iniquo
Fert animo id Magnus:Patruus hostis obit.
Vt Buccalinus patruum captum esse resciuit:
Scripsit:pro patria sit sibi dulce mori.

Milles suspē. Buccalini captus. Patruus moritur.

Iu. Vt Magni periit iussis:ostendit habendum
Non in contemptum cuncta per ora ducem.
Inde situs Heros urbis perquirere cœpit.
Bellica deduci huc machina nulla potest.

Pa. Vrbs accliuis erat:longo expugnare labore
Hanc opus:inuidit Maurus & hunc reuocat.
Ob Magni nomen:ueluti si bella timeret:
Auximo ab amouit mox aciesq; suas.

Auximi situs Reuocat ab Mauro Triuul.

Libe alitas Triuul.

Iu. Aſt animus Magni:ſemper qui inuictus habetur:
Proſterni haud potuit:dedecus eſſe putans.
Id noſcens ſtatuit bellum:ſortemq; ſequendam:
Armillas:torques:pignora chara dedit.

Bellouacen. Chardinalis Triuul. adiit.

Pa. Collegit pedites:equiteſq; pecunia:adiuit
Bellouacenſis patre iubente ducem.
Rubro apice inſignis Triuultum interrogat:edat:
Milite quid rapto conficere ille ſtruat.

Sentẽtia diuina Triuul. Fides Triuul.

Iu. Magnus ad hæc illi memoranda uoce profatur.
Aut uincam:aut moriar:crede fidelis ero.
O mi Magne:fides tua tam miranda ſecundum
Te nulli:toto quem uideam orbe:facit.

Pa. Hæc ubi dicta:nequit laudare explerier urbis
Paſtor:pre mittens maxima dona uiro.
Pontifici Maurus tum ſcripſit concitus alta
Inuidia:Magni fraudibus ut caueat.

Iu. Cognitus eſt animus Patrui liuore ſecuti
Triuultum atq; odio:ſed ſine fine ſuo.
Quæ mittat Magno collegerat agmina Præſul
Maximus:his rectis ab duce partus honos.

Fons reptus ſterilibus in locis.

Pa. Non aderat fluuius:gentes ubi Magnus habebat:
Vllis militibus nec leuat unda ſitim.
Non patitur caſtris quenq̃ diſcedere:aquarum
Attamen ingenio copia oborta ducis.

Fõs a ueneno phibet.

Iu. Poſtq̃ effodit humum:madida eſt ibi uena repta:
Proiecta & fontem reddit harena merum.
Triuultus iubet hunc poſito cuſtode tueri:
Hoſtibus infectæ ne biberentur aquæ.

Pa. Fluctuat hinc ardens urbem cõscendere Magnus:
Conuallem:anfractus montis & esse uidet.
Euelli iussit truncos:& robora scindi:
Deq; fit arboribus tutius illud iter.
Iu. Præcipites ramos in ualles agmina trudunt:
Telluris iactus planiciemq; facit.
Bellica subducunt illuc tormenta: cohortes
Incedunt densæ: clausus in urbe pauet.
Pa. Legati egressi Magno dixere:sitibit:
Ad te qui misit nos:tua pacta miser.
Buccalinus agat quidnam: Triuultius illis
Q uærit:respondent:ille Iugurta placet.
Iu. Horas depellit:sese oblectando Iugurtæ
Historia:studiis atq; uacando: ferunt.
Tum Magnus recolens:qua læserat arte Iugurta
Albinum atq; Aulum:sit mihi miles:ait.
Pa. Legati Buccalinum:celerare maniplos
Dum iussit ductor:conueniunt pauidi.
Auximum & accelerant:Heros Triuultius urbi
Fit propior:tardæ est impatiensq; moræ.
Iu. Aut opus est pugna:uel deditione:ferebat
Buccaline tibi:nuncius ille tuus.
Triuulti ingenio melius cõmittere cunctas
Q ui tibi Pontificem conciliare potest.
Pa. Sed mala res:Heroa uirum deludere uelle:
Turcarum:castra & Parthenopæa manes.
Talia ne ueniant obstat prudentia Magni:
Maurum haud desistit rodere liuor edax.

Planicies fit ex industria Triuul.

Legatos mittit Buccalinus pro deditione ad Triuul. Iugurta.

Albinus. Aulus.

Turcarũ opẽ Buccalinus præstolabat.

Iu. Temptabat Buccalino transmittere gentes
Ludouicus:ne dux possit habere decus.
Sfortia Ludouicus Triuulto scripsit:abiret
Auximo:& effugeret dedecus omne minax.

Fra.ff. nunq̃ capere. Auximũ potuit.

Pa. Hanc urbem nunq̃ genitor Franciscus alumnus
Martis:dum cuperet uincere:nam potuit.
Triuultum Maurus nouit:semperq; putauit
Magnanimum: metuens corda animosa uiri.

Magnanimus semper Triuul. iudicatus etiã ab Mauro.

Iu. Extremo positus Maurus sub turbine fati:
Heluetii in Gallos prœlia dum gererent:
Quæsiuit: quisnam gallorum ductor adesset:
Responsum est:Magnum ducere cuncta ducẽ.

Pa. Tum uerso in muros uultu lachrymando locutus:
Me miserum:qui non maluerim ante uitum.
Me miserum:qui non Triuultum noscere quondã
Curarim:meritis addiderimq; suis.

Iu. Buccalinus erat curis depressus:& unam
Spem præbet Magni non uiolata fides.
Legatis missis ad Magnum cessit ab urbe:
Atq; exorata est hoc tamen ipsa salus.

Buccalino uita donatur ab Triuul.

Pa. Instat Triuultus cunctos pacare tumultus:
Turmas:Pontificis nomine:ubiq; locans.
Accelerat Romam:binas parioq; columnas
Marmore confectas duxerat in patriam.

Columnæ marmoreæ duæ.

Iu. Auximo enim aduectas:monumentũ stare perẽne
Pro foribus uoluit:Magnus in urbe:suis.
Sic Buccalinum deiecit sede tyrannum
Auximum habens:summo restituitq; patri.

Auximũ restituitur Innocent. pon.

Pa. Numinibus dant tura piis:cum Magnus in urbem
Accessit:datus & Præsule summus honor.
Purpureum Magno sanctus pater inde galerum
Obtulit:armauit quod sua terga diu.
Iu. Sed renuit propriam Magnus liquisse sororem
Militiam:ætatis pristina dona suæ:
Tollitur applausu cunctorum ductor ad astra:
Accepit torquem Pontificisq́ manu.
Pa. Ludouicus nato Matthiæ regis honestas
Germani natæ spondet habere faces.
Regius accelerat magnam legatus ad urbem
Sfortiadum:simul & diuum Hymenea uoca
Iu. Charolus interea Franccrum regna gubernat:
Rex romanorum prælia magna gerit.
Dux Aureliacus fert regi Maximiano:
De regno cum lis orta fuisset:opem.
Pa. In medio pugnæ conflictu:captus in arces
Ludouicus:tandem fultus honore:manet.
Maximianus adit Burgenses:estq́ coactus
Fœdera cum Gallis iungere:dum capitur.
Iu. Conuocat imperii electores:fraudeq́ natum
Captiuum esse patet tum Federicus ait.
Contra Burgenses ducit tormenta:relaxant
Qui natum:ueniam suppliciterq́ rogant.
Pa. Burgenses precibus nati;Federicus inultus:
Dimittit.Liui currit ad arma forum.
Vitam exhalauit moriens Hieronymus:acri
Vulnere.Ludouici:cura nec est soboles.

Honor exhibet Triuul. Romæ ab Innocen. Pont.
Cardin. fieri Triuul. noluit.
Torquem Pōt. Triuul. donauit.
Blācha Maria Vngariæ filio spōdet.

Charolꝰ cōtra Maxi.
Ludouicus Dux Aurelianen.
Maxi fauet. & capitur.
Maximianꝰ capt. Burgē.

Federicus Imperator.
Maximianus relaxatur.
Forliuium.
Hieronymus occiditur.
Ludouicus Pansic.

Catherinæ uxoris magnanimitas.

Iu. Vxor:si posset Præfectum affarier:arcem
Promittit uulgo:nec tamen ista facit.
Nati pro obsidibus traduntur matre:Boarda
Tecta Foriliui proiiciente cadunt.

Fœminæ cōstantia.

Pa. Prospectat populum bacchantem fœmina turri:
Seq; arcem nunq̄ reddere uelle probat.
Dum natis mortem popularis turba minatur:
Prolem:dicebat:uiscera nostra dabunt:
Iu. Ventre latent nati:facinus qui tale piabunt:
A uobis pœnas & capient meritas.
Sfortiadum me clara domus peperit:ne putatis
Deesse mihi auxilia:Bentiuolus dat opem.

Ioānes Bentiuolus.

Pa. Mittitur a patruo Mauro Galeatius audax
Ecce Seuerinas:plebs agitata metu.

Galeatius Seuerinas.
Octauianus Forliuii dñs.
Obiect. Flis.
Bapt. Fulg.
Paul. Fulg.
Card.fugit

Sedatæ patrium tum sceptrum Octauius urbis
Sumpsit:& a multis supplicium meritum.
Iu. Obiectus Fliscus:necnon Fulgosius una
Baptistinus erant:hi Genuamq; mouent.
Paulus habens apicem rutilum procurrit in arcem
A Mediolani principe poscit opem.

Fran. Seuerinas.
Hippolyta Alphō. uxor moritur.
Ferdinan.iunior Alphō. filius.
Helisabella Filia.
Genuen. cū Mil. Duce.

Pa. Castra:Calatinum &:Paulo succurrere clauso
Franciscum comitem:dux iubet Insubrium.
Occupat obiectus Genuam Migrauit in auras
Vxoris Calabrum spiritus ille ducis.
Iu. Hac Ferdinandum:teq; Helisabella reliquit.
Cum Flisco Patruus fœdera Maurus init.
Arce prius Mauro concessa:Paulus ad urbem
Romam:Ludouico non remorante:uolat.

Pa. Se Mediolanum recipit præfectus Adornus
Augustinus:ibi deinde uocatur Hymen. — Aug. Adorn.
Connubio iuncta est Alphonsi nata nepoti:
Clara tum Procerum concomitante manu. — Helisabella nupta Io. Galeat. Sfor.
Iu. Duxit Ioannes sponsam Galeatius: urbe
In Mediolani tæda pudica micat.
Præterea Patruus totas ut sumat habenas
Imperii:dubia plurima mente struit.
Pa. Impediunt Maurum contraria multa:fatigat
Magni præsertim hunc intemerata fides. — Fides Triuul.
Bellorum laudes metuebat pectore uoluens
Ludouicus:partas ab duce:quippe nimis.
Iu. Ab nullo poterat flecti Triuultius Heros:
Annueret fraudes nectere uelle malas. — Constantia Triuul.
Arx Mediolani Guidoni tradita:primum
Quæ Vercellino ui male rapta fuit. — Guido Arcimb.
Pa. Tormentis fessus Vercellinus dedit illam: — Vercellinus Vicecomes.
Cui uitam:census:uix patruusq; rapit.
De Vercellino:nisi Magnus fauerat:actum.
Arcem:tradentis nomine:Guido tenet. — Guido Arcis Mli pfectus.
Iu. In Scyllam cecidit sperans uitare Carybdim
Ludouicus:regni qui dominator erat.
Suscepit Bernardinus male Curtius arcem — Bernardinus Curtius.
Fidus:& urbem habita patruus arce domat. — Math. Rex
Pa. Matthias morit:ut:regnum regit uxor:haberi — Vngariæ moritur.
Dum Mediolani dux patruus cupiit. — Beatrix Regis uxor regit.
Sfortiadæ cantant hymnos:dulcesq; Hymeneos — Beatrix uxor Mauri & Herc. I. filia
Ludouico Estensis filia nupta fuit.

Anna. Galeat filia Ludouici nepos

Anna Vxor Alphonsi. Filii Hercul. Esten.

Iu. Herculis Alphonsus:patrui quoq; neptis eodem
Iunguntur thalamo:sic statuente Deo.
Illuc cum sensit se peruenisse:uolebat
Quo Patruus:paruo fulget honore nepos.

Fides Triuul.

Pa. Mutatis reliquis:Magnum mutare nequiuit
Ludouicus:tanta est o tua:Magne:fides.
Triuultus cœpit Mauro suspectus haberi:
Viscera Ludouici sæua Megæra uorat.

Exulat Triuul. Neap.

Iu. Quã male consuluit sceptro cognomine Maurus
Ludouicus patria hunc Sfortia cum pepulit.
Vidit Triuultus triplici tua mœnia uultu
Parthenope:infelix omnibus exilium.

Galli euocati in Italiam.

Pa. Quam peius fuit id:Gallos tentasse feroces:
Regna subi bello Parthenopæa patent:
Cum crebris Alphonse tuis: ut sceptra nepoti
Præberet:Maurum sollicitare minis.

Corum uide

Hellisabella cõqueritur.

Iu. Helisabella patri plures dat nata querellas:
Libertas rapta est ut pretiosa uiio.
Fœdera cum Gallis patruo sunt icta:Britãnis
Omnes Belgiaci prælia ferre parant.

Pa. Alphonsus sensit lachrymantis plurima natæ
Verba:patrem alloquitur:iurgia cuncta refert.
Ferdinandus ait:fili depone timorem:
Nomine mittetur nuncius iste meo.

Ferdinan.senioris Legatus ad Maurum.

Iu. Legatus Ferdinandi sermone modesto
Affatur patruum ueitere posse putans.
Lætatur Ferdinandus te regna nepotis
Seruasse a bellis:hostibus atq; suis.

Pa. Præterea dixit:multos subiisse labores
Scit Rex pro charo teq; nepote tuo.
Debebit semper tibi Ferdinandus:& idem
Vltro nunc spondet:quæ dare cuncta potest.
Iu. Sed quia iam tempus foret:ut requiescere posses
Tu Patruus:curis totq; carere uelis:
Abs te Rex poscit:tandem seruanda nepoti
Regna sinas.Maurus reddidit ore nihil.
Pa. Interea tumulo Romanus clauditur arcto
Præsul:concilium schismate fitq; factum.
Hispanus Rhodericus erat uirtute refulgens:
Ditior Ascanius Sfortia cui dat opem.
Iu. Ascanio:ut mitra terno sertoq;potiri
Non datur:est alii traditus ille fauor.
Dictus Alexander Romanæ Maximus urbis
Antistes:olim qui Rhodericus erat.
Pa. Sfortia maiores succepit Præsule fasces
Ascanius:data quo mitra fauente triplex.
Tum Ferdinandus gentes densauit in unum:
Auxilium tulit huic Insubriumq; Duci.
Iu. Alphonsum castris præfecit:& æquore classem
Deposuit:natum iussit abire parens.
Ludouicum populus pulsum cupiebat ab urbe:
Linquere q̄ patriam:hic cuncta subire cupit.
Pa. Dum patruus turmas parat:est hortatus ad arma
Ascanius Regem:regnet ut ipse nepos.
Ascanii dictis Rex promptior incitat alas:
Fluctuat:& nescit Ludouicus quid agat.

Innocent pont. morit. Schisma. Rhodericus.

Alex. pont. Sext.

Ascanius Sfortia. Ferdinandus cū Alphonso Duci Mē succurrit.

Iu. Gallica si ducet:timet:agmina pellere ab urbe
Ne possit:quoties id fieri arte uelit.
Attamen:Alphonsus postq̧ mouet agmina:Reg
Gallorum uires Ludouicus petiit.
Pa. Francorum ad Regem peruenit littera Mauri:
Parthenopen capiat:Charolus ire parat.

Mauri epistola ad Charolū Regē.

Charole Rex Regum:sic cœpit epistola:salue:
Percussit tecum fœdera prisca pater
Iu. Immensis debet meritis:quæ acceperat olim
Abs te:qui genuit me genitorq̧ meus.
Degener haud:equidem Francorum debeo Regi:
Spondeo cui mentem:robora cuncta:fidem.
Pa. Ipse colam Regis nomen:famamq̧ colentes:
Gallorum cunctis hostibus hostis ero.
Cogit Aragonius Rex hæc me ducere:Regnum
Partenopes male qui uendicat hercle sibi.
Iu. Hoc regno:in Turcas:quo gressus uertere possis:
Aptius esthmi Rex Charole:in orbe nihil.

Charolus Magnus.

Chalolus hoc usus Magnus:si classibus austros
Vis dare:conueniens quā tibi pontus erit.
Pa. Cogere si curas equitatum:armenta:dabuntur:
Si bellum indicis:bellica corda feres.

Neapolis laus.

Ocia non abeunt: si tu potiens oliuæ
Ramis:producunt nectar amœna iuga.
Iu. Nil hominū petitur tandē quod spectat ad usum.
Extollant animum fortia facta patrum.
Parthenopes pulsus nisi Ferdinandus ab oris:
In Maumetanos ire nec ipse potes.

Pa. Perpetuo Regum Gallorum fama silebit:
Externis subigi si tua regna sines.
Ipse laboris ero socius:semperq; iuuabo
Impensa:si uis regna tenere tua.
Iu. Sis memor Italiæ : quæ nomine tangit olympum:
Omnes Francorum maxima castra timent
Laurea serta tibi:si inuades regna:dabuntur
Iure:tuis cœptis affueritq; Deus.
Pa. Non Ferdinandus poterit sufferre superbas
Vires:quid dubitas?Charole uictor eris.
Firma carina uado est:non turbant æquora uentis
Subiecti Turcis lilia fulua petunt:
Iu. Tetrarchæ:Ferdinandum depellere quærunt:
Qui uictum nummos præbuerint & equos.
Iam te Parthenopes nunc Regem quisq; fatetur:
Et fertur nomen cuncta per ora tuum.
Pa. Occurrent turbæ:tu tantum dirige gressum:
Rex linquet Regnum te properante suum.
Illyrici Turcæ superarunt culmina montis:
Italiæq; instant nec minus hi foribus.
Iu. Charole ne timeas:tibi multos esse fauentes
Comperies:uentis Rex ubi uela dabis.
Numina te faustum ducent:Rex optime:sanctis
Auspiciis:uoti(sic puto)compos eris.
Pa. Charolus hæc postq̄ legit:reputauit amicum
Francigenis:laudi Ludouicumq; suæ.
Omnia narrauit primatibus:atq; relictum
Parthenopes Regnum iam sibi iure dari.

Oio Charoli Regis. Frã. ad proceres.

Iu. Rex ait:Antiquos collaudant gesta parentes
Optima:degenerem me minime esse:licet.
His decus immensum duri tribuere labores:
Nostra etiam pulchrum est tangere facta polũ.

Pa. Trinacriæ nobis debentur regna superbus
Rex Ferdinandus possidet atq; regit.
Nos probris Gallos affecit:dedecus ingens
Dat:fas est:Proceres:regna parare mihi.

Iu. Ardua non agitur res:paruo cuncta labore
Efficiam:mecum Sfortia Maurus erit.
In cunis fueram:genitor cum liquerat orbem.
Sum regno:& bellis Charolus aptus ego.

Pa. Haud esset clarus tam Magnus Charolus ille:
Si non belligerans usq; fuisset iners.
Parcite uos proceres:urget præsentia Regis:
Ductori dandas nec reor esse manus.

Iu. Hoc inquam:uestrum quia quisq̃ forsan ab oris
Dicat ne cedam Rex ego Belgiacis.
Imperio tali dignos uos nosco:sed ipse
Gaudeo me bellis exposuisse tęns.

Pa. Clarior Alphonsus genitore est Martis alumnus:
Trinacrias acies hic ubicunq; regit.
Intrepidi Proceres animum firmate:fauebit
Nam Deus:& Turcas ipse fugabo canes.

Iu. Nil melius cunctis puto:q̃ pro nomine Christi
Pugnare:hic nobis præmia digna dabit.
Obstupuere omnes dictis iuuenilibus:omnes
Accensi Regis uocibus:arma parant.

Pa. Gallica Borbonius Dux omnia lora gubernat:
Brisonetus erat pilea rubra gerens
Istius in mentem Rex se inclinabat: ab ima
Stirpe licet natus: consulit ore tamen.
Iu. Scrutanda Italiæ dominorum corda: priusq̄
Bella gerat: suadet: Rex petit Italiam.
Quæ sit Pontificis sententia scire peroptat:
Italiæ domini pectore quidue habeant.
Pa. Inter Ludouicum Gallorumq;: & Federicum
Romulidum Reges bella fuere diu:
Quæ Margari a Federici nepte quierunt
In cunis Regi liligero ante data.
Iu. Ab Duce Burgundo natam Rex maximianus
Accepit: genita est unde puella sibi.
Margarita fuit sic appellata: locatur
Ante æuum ubi quæ: Charole Galle tuum.
Pa. Hinc postq; tenuit Rex Charolus: atq; Britanno
Annam suscepit tum moderante satam:
Quæ fuerat nato Federici Maximiano
Sponsa: ortum bellum est in utrunq; minax.
Iu. Displicuisse Deo diuortia dira putandum est.
Prædixit uates: Rex nec habeto mares
Quidā Astæ Monachus Magno prædixerat olim:
Rex generaturus fœmineum iste genus.
Pa. Haud timuit Magnus Regi referre: quod ipsi
Narrauit Monachus: sciuit & uxor idem.
Rex Magnum orauit Reginæ diceret illud:
Quod renuit: tamen id Rege coactus ait.

Borbō. Dux Brisonetus Cardinalis. Samal.

Alex. Pont.

Ludouic. Rex. xi. Federi. Imp. Margarita Charol. Regi sponsa. Burgū. Dux Charol.

Maria filia Burg. Ducis. Margaritam Charol. Rex repudiat & Annā filiam Fran. Britan. Ducis accipit. Anna sponsa Maximiliano prius. Diuortia displicent Deo.

Monachus uates.

Maxim. legat ad Regẽ Charolum.

Brisonetl responsum.

Fœdera inter Charolũ Regem & Maximianum.

Lamẽtum Margaritæ.

Iu, Romulidum Regem si reddere tentat amicum
Charolus:Hoc Maurus Sfortia sumpsit opus.
Fœdera iunxerunt inter se pacis uterq;
Missi oratores ultro citroq; petunt.
Pa, Charole Rex:dixit legatus:Maximianum
Plurima perpessum scis:quod ubiq; patet.
Vxor rapta sibi:nata est depulsa cubili:
Turpæ tibi:cunctis Belgiacisq; tuis.
Iu, Non Margaritæ præstanti:uilior unq̃
Vllis Anna modis æquiparanda fuit.
Brisonetus ait:non æuum uiderat aptum
Connubio atq; toro filia Rege sata.
Pa, Margarita decens ut uultu:sicq; pudica.
Semper bella:nisi Liligeri Anna foret.
Præposuit cunctis pacem Rex Charolus.Ambo
Non desertturos Fœdera polliciti.
Iu, Margarita gemens abiit comitante caterua:
Finibus inq; suis Rex fuit usq; Comes.
Postq̃ discessit Rex Charolus:iuit ad astra
Tum clamor:uastus funditur atq; dolor.
Pa, Charole:quam gremio fouisti pellis:adeste
O superi:&pœnas sumite:nupta refert.
Solantur mœstam Proceres:compescere fletus
Blandiciis suadent:sed nequit illa dolens.
Iu, Cum tot fudisset lachrymas:tristesue querellas:
Nullus tum ueris temperat ab lachrymis.
Charolus insistit Latio:iungendaq; primum:
Fœdera cum Hispanis iudicat esse feris.

Pa. Hispanum alloquitur legatio Gallica Regem: Charoli Regis legat. ad Hispã. Regẽ
Pacem gestata & poscit oliua manu.
Charolus implicitus bellis licet hactenus esset
Attamen haud unq̃ pax rogitata fuit.
Iu. Pulsa uidens autem Gallorum prælia regno:
Constituit tecum fœdus inire simul.
Et tibi:quas potuit rex noster iure tenere:
Vrbes nunc reddit:uultq; aliena nihil.
Pa. Rex male quæsitis decreuit nolle potiri:
Excepta applausu talia uerba nouo.
Res hæc mira fuit uisa omnibus:omnia spondet
Liligero Hispanus:gratiaq; acta simul.
Iu. Tum patruus Regi Romano:munera:nummos: Blãcha Maria Maximo nupta.
Pollicitus:Blancham si capiat Mariam.
Hæc erat & Mauri neptis:soror & Galeati
Principis:ut sit Hymen:tædaq;:Brasca gerit.
Pa. Annuit his factis:quas procurabat Herasmus: Herasmus Brasca
Maximianus:init connubiumq; sacrum.
Charolus interea fremit:& ualidissima castra: Charoli aduẽtus i Italiã
Non ullis parcens sumptibus ecce parat.
Iu. Excidium Ferdinandi:casusue suorum:
Quis tam grandiloqua uoce poeta canat?
Quis uarios fortunæ ictus:uultusue minaces?
Regia quos passa est Parthenopæa:ferat?
Pa. Charolus hæc postq̃ sensit sponsalia:mittit Charoli legat. ad Maurum.
Legatos Mauro:corda Latina sciat.
Hæc ubi Ludouico legatus Regius inquit:
Ne patriam euertat:cõmonet atq; rogat.

Iu. Fortassis poterit tibi Gallus damna:ruinas:
Inferre & cædes:obsecro:parce tuis
Ne cupias luctus:dicebat nuncius ille:
Italicos: Regi sustineasq; fidem
Pa. Pollicitis stando:probitatis firma columna
Dicens:tibi uel fama perennis erit.
Rex tamen insistens bello suadetur:amicum
Pontificem iungat fœdere:ab hoc patruo.
Iu. Quingentos equites Regi promittit in armis
Assuetos Maurus:quattuor atq; rates.
Nuncius ad plures dominos it talia narrans:
Non nobis Rex est hostis:amicus erit.
Pa. Vult petere ablatum sibi regnum iure relictum
Regibus a priscis:liligerisq; suis.
Si fuerit uictor Rex:si fortuna fauebit:
Infidos Turcas sternere Marte cupit.
Iu. Promittit uictum:tela &:Sabbaudia Gallis:
Auxilium pariter non negat inde Forum.
Respondet Venetus:satis est si fœdera patris
Seruarit Regis:Rex sibi quærat opem.
Pa. Legato Veneto duo Galli talia pandunt:
In neutram partem tendere opus Venetos:
Nec posse Adriacos succurrere Parthenopæo:
Nec nocuisse:forent fœdere qui socii.
Iu. Nuncius hinc abiit Gallus:Florentia tota
Cui Facilis aures se dare uelle negat.
Petrus:Aragonias qui partes corde fouebat:
Responsum subitum reddere nolle refert:

Char. Regis legatus per Italiã totam

Ferraria.
Venet. responsum.

Gallorum responsum.

Petr. Medic.

Pa. Dum spacium Petrus danda ad responsa poposcit:
Cætera plebs Gallum curat amore sequi.
Frater adit Senonum Regem Laurentius huius:
Et dixit. Petrum longius urbe dabo.
Iu. Millia centum auri Gallis Laurentius audet
Spondere: atq; urbem tradere uelle suam.
Maximus Antistes: Regi sic dicite uestro:
Inquit: iunctum me mea castra suis.
Pa. Charolus in Latias cum primum uenerit oras:
Nos dabimus uires: agmina: Præsul ait.
Talia percipiens: immensum corde furorem
Fouit: non nullos Rex metuitq; dolos.
Iu. Pontifici Gallus: Florentinisq; minatur:
Cum se deceptum fraudibus esse putat
Florentinus adit Regem: Florentia: dicens:
Est tua: ni spernis: sunt hominesq; tui.
Pa. Adiutos Gallis nos cunctos esse fatemur:
In nostra nomen tollitur urbe tuum.
Oramus prohibe: ne primi bella feramus:
Sed solum pergas: quo tibi amice placet.
Iu. Nunc etiam mater stragem mœstissima luget:
Quam passa ex illis est: quibus arma paras.
Ante solo: uenias q̃ tu mi Charole: crudus
Sternet Aragonius tecta propinqua nimis.
Pa. Agmina Gallorum ualde longinqua uidentur:
Confecta secum pace remit e frui.
Cognosces quanti faciat Florentia Gallos:
Cœperis hunc bello cum cruciare senem.

Laurentius Medic. Charolum: adit

Alex: pont responsum

Floré. legati ad Francorũ Regem.

Iu. Charolus hæc poſtq̄ cognouit:ferbuit ira:
Arcana ut ſcirent:pluribus ille iubet.
Fœdera cum Siculis iſtos iunxiſſe tulerunt:
Vt curis animi:& corda labore uacent.

Florentini e Gallia pulſi.

Pa. Sed cum Rex greſſus flectet:Florentia Gallo
Auxilium tradet:qui magis ore tumet.
Tum Florentinos a cunctis urbibus omnes
Depelli iuſſit:quod ueturere ſenes.
Iu. Non decet hoc Regem:Proceres dixere:remotæ
Italiæ gentes ſi penetrare cupis.
His motus dictis:Laurenti Rex memoralli
Perſoluit grates:pollicitusq; decus.
Pa. Si Petrus urbe abeat:ſublimes ſpondet honores:
His tot promiſſis gaudia Hetruſcus habet.
Suſpectos hoſtes hinc Petrus cœpit habere
Germanos:patriam hos prodere uelle refert.

Laurentius Medic. cum fratre in carcerē cōiicit.

Iu. Corripuit fratres hac proditione ſenatus
Audita:& iuſſit uincla tenere reos.
Hos Petrus accuſat:cur ſit ſuſceptus honore
Regis legatus:uultq; metere necem.
Pa. At Petrus ob plæbem timuit captis dare lethum:
Mulctauit fratres attamen exiliq.
Mirantur ciues cuncti:qđ uulgus amicum
Fratribus exiſtat:patricios nec amet.
Iu. Diuiſa in uarias fuerat Florentia partes
Plæbs fratres:Petrum patricii urbe fouent.

Legati Charol.ad Alex. pont.

Rex iterum fidos legatos miſit ad urbem
Pontificis:caſtris ſit uia tuta ſuis.

Pa. Deuenient Galli:si iusta negabis:ad arma:
Mi Pastor:dicunt:iurgia nilq; tua.
En gladius præbebit iter:sparsoq; cruore
Accessus dabitur:si dare uelle neges.

Iu. Pontificem Ferdinandi legatus adiuit:
Cui multa audacter uerba inimica tulit.
Contẽnat Gallos:scripsit quoq; Petrus Hetruscus:
Flumina quis opus est:& superare iuga.

Legati ad Põt. Ferdin. & Petri Medic.

Pa. Ante fugam rapiet uictus:q̃ Gallus ad urbem
Ipsius acceleret:talia Thuscus ait.
Inquit Alexander:non Regem uelle potiri
Viribus:at regno : iusticia:siculo.

Iu. Iactatur Præsul uario sub turbine:Gallus
Hinc instat:Rex hinc Parthenopæus agit.
Pontificis tandem mens cognita:fœdere Gallis
Iungitur:atq; illos tollit honore nouo.

Fœdus Alex. pôt.& Charol.Regis.

Pa. Tum ferdinandus Rex infert prælia:bellum
Connubium soluit:pax quoq; facta fuit.
Filia Pontificis:Ferdinandi data Nato:
Coniugio infausto est & Notha iuncta Notho.

Ferdin.Alex pont.bellum infert.
Pax facta cũ pôt.& Ferd[a].

Iu. Induperatoris Federici deinde secuta
Mors:Heres cuius Maximianus erat.
Hic Blanchã lecto Mariã haud dignatus habere:
Ni prius enumeret dote numisma suum.

Imp federic. mors.

Pa. Sfortia Ludouicus:quæ olim promisit Herasmus:
Romulidum Regi cuncta repente dedit.
Omnia Ludouici patefecit littera Regi
Francorum:qua uult fœdera iuncta simul.

Dos nũerata Maximiano a Mauro.
Lr̃æ Mauri ad Charolũ Regem.

Iu. Charolus ingenio cunctis præstare canebat
Ludouicum grates: cui bene Gallus agit.
Dum Mediolani legatus Regis in urbe:
Illo coniuncta est tempore Blancha uiro.

Blächa Mar. it ad maritũ.

Pa. Legatus tantos miratur totq; paratus:
Quos patruus fecit Sfortia Ludouicus.
Illyricos anno uexauit Turca sequenti:
In quem non pauci Christicolæ ire parant.

Turcæ.

Iu. Littera Pontificis Gallis transcripta poposcit:
In Maumetanos ut sibi ferret opem.
O Rex Christicolum: cui nummi: robora: gentes
Innumeræ: Turcas en superare uelis.

Lfæ Pont. ad Char. Regẽ.

Pa. Vt seruatorem te solum quisq; moratur:
Ni uenias: nemo miserit auxilium.
Sed Ferdinando miror te bella tulisse:
Christicolas: inquit: iudico: Turca premet.
Iu. Inceptum bellum trasfer: charissime fili:
Nec Maumetanos parce fugare canes.
Cum fuerit pressus uel fusus Turca: secundum
Me tibi adinuenies: tuq; eris una salus.
Pa. Posteritas semper te summo tollet honore:
Diffusum nomen: tempus in omne: tuum.
Præsulis accepit monitus quoq; Sfortia Maurus:

Lfæ Pont. ad Maurum.

Differat ut bellum, Pontifici det opem.
Iu. Aduersus Turcas rogat ut succurrat amicas
Nec res perturbet Sfortia Ludouicus.
Non animum Regis Gallorum flectere posse
Respondit patruus: nec fera bella dare.

Resp. Mauri.

Pa. Parthenopes Regem contra non suscito pugnas:
Qua[m]nq[ue] hostis saeuus sit mihi: Maurus ait.
Pontificis mentem Rex Gallus nouit apertam:
Turpe sibi e[st] aliis ut faueat q[ue]: refert. Li[ter]ae Charol. ad Alex. Pôt.
Iu. Coram donatis narrauit cuncta galero
Praesul: qui Gallis Itala rura uetant.
Plures purpureo redimiti tempora uelo
Reiiciunt Belgas: ne rapiant: perimant.
Pa. Pontificem solatur hyems: sperat q[ue] daturos
Ni uer sit: Gallos carbasa nulla notis.
Ascanius: post[quam] multi sic ore locuti:
Nos: inquit: Regi est turpe negare cibos. Ascan pro Charolo Rege.
Iu. Non inconsultum haec Regem tentare canebat:
Regna dabit manibus Parthenopaea Patris.
Tradiderit simulac Patri Rex iste beato
Parthenopen: iudex: arbiter unus erit.
Pa. Non fas est: fratres: sacratum fallere templum:
Nec tanti Regis neglegere ora: manus.
Haec ubi dicta dedit: ueluti ratis aequore Praesul
Fluctuat: & quo se uertat: in ancipiti est.
Iu. Tum Ferdinand. Romae legatus: uiret.
Foedus ut: Ascanium munere: uoce: rogat.
Ne speret: promittit opes: semper q[ue] fauere:
Annuit Ascanius: Ludouicum q[ue] monet. Ascani[us] pro Ferdin. Rege.
Pa. Obsecrat ut bellum uetet: atq[ue] pericula Martis:
Enarrat: caedes: multa futura canit.
Si petat Italiam Gallus: Germane moraris
Sortem: nec motus frater ab Ascanio.

Camill. orator Ferdin. ad Mauru.

Iu. Iussit Aragonidum Rex tunc properare Camillū
Clarum oratorem Ludouicum ad patruum.
Maurū orat:placeat iam cœptum auertere bellū:
Sfortia cui dixit:tempus amice teris.
Pa. Non nostrum est:inquit:castris auertere Regem:
Nos agimus grates:Regis adito Thronum.

Lrae Camilli ad Charol. Regem.

Affandi Regem nunq̄ concessa Camillo
Libertas:pro quo charta locuta fuit.
Iu. Nos fuimus Gallis:& Regi:semper amici:
Trinacrii Reges Gallica sceptra colunt:
Ignorant sibi cur horrentia prælia tentes:
Certamen scindant debita iura precor.
Pa. Hanc uideat Præsul litem:det regna tenenti.
Maiores causas iuris:& arma iuuas.
Hæc non sunt armis:uerum ratione petenda:
Maximus hæc poterit soluere bella Pater.
Iu. Littera percepta est ubi Gallis missa Camillo:
Narrata ut surdo fabula ficta fuit.
Prælia tum citius feruens alpemma sumit
Charolus:& structo milite tendit iter.

Classis Carol. Regis.

Pa. Mox alpes superare iubet:classes paratas.
Efficit conscendant æquora uasta:suas.

Lugdunum.

Charolus interea Lugduni uenit in urbem:
Hostibus ut maius tĕrror ubiq; foret.
Iu Galli descendunt ex alpibus:agmine facto:
Lutetiæ Patrum Consilioq; graui.

Parrhis. Aurel. Dux Astæ moratur.

Astæ Aureliacus princeps tamen ille moratur
Vt moliretur res aliquando nouas.

Pa. Hic Mediolani sibi iura antiqua Ducatus
Ascribebat: uti lilia Trinacriam.
Charolus octauus Vercellas peruenit: illi
Occurrit Maurus: reddita utrocque salus.

Vercell.

Iu. Ticeni æger erat iuuenis Galeatius urbe:
Cum sua liligero pignora chara dedit.
Parmæ: mox Pisis: simulac præmiserat agmen:
Excipitur plausu Charolus iste nouo.

Papia.
Fran. Io. Galeatii. fil.
Charol. Regi ɔmendat.

Pa. Vix Apuam uenit: quod nunc appellat Hetruscus
Pontremulum: Macræ fluminis ore situm.
Cum mors illius Galeati perculit aures
Liligeras: tristes quas facit iste dolor.

Apua.
Pōtremulū.
Macra Fl.
Io. Galeatii mors Papiæ.

Iu. Ticeni moritur Dux: Maurus ueste ducali
Induitur: sese uultque creare Ducem.
Aspirant pauci: proh summum quisque fremebat
Esse nefas: Patruus morte nepotis ouet.

Pa. Lunensi occisis multis regione Rapallum
Expugnat: Regi est & Petrasancta data.
Vt Florentina se Charolus urbe refecit:
Libertas Pisis aurea Rege datur.

Rapal.
Petrasancta.
Pisarum libertas.

Iu. Petrus: Medicibus [illegible]: Regem orator adiuit:
Qui iam Viterbum cœpit & ire Senam.
Sextus Alexander triplici sacra tempora serto
Ornatus: Gallis non bene amicus erat.

Petr. Medi.
Gharol. adit.
Viterb.
Sena.
Alex. Pont.

Pa. Vrbs dum Viterbi: Thuscanula dumque recusant
[illegible]: supplicium persoluere suum.
Ingressus Romam Rex: quod uoluere Quirites:
Imperat ut nullum fiat in urbe malum.

Thuscanula.
Romā Gharolus intrat.

Castel. Sācti Angeli. — Iu. Castelli Angelici Sanctus se mole recepit
Antistes: periit Rex tria: bina data.
Vatican. — Colloquia inter se miscent: sacrisq; peractis
In uaticano: dextera iuncta simul.
Valentin. Cæsar. Zizymus Turca. — Pa. Cæsar: quem ornabant rubri redimicla galeri:
Zizymus & Regem Turca secutus erant.
Virgatis lucere sagis tota urbe uideres
Gallos: cum Roma Charolus almus abit.
Taracina. — Iu. Præcipites uoluit Rex Gallicus Anxuris arces:
Intercepta foret ne uia: pandit iter.
Valentin. Fuga. — Obses ut aufugit Cæsar: Campania Gallis
Aquila urbs. — Paret: colle sitam Rex capit urbem Aquilam.
Casinum. — Pa. Clara latinorum: fuerat quæ dicta Casinum:
Olim urbs: aggeribus se tumefacta tenet:
Sanctus Germanus. — Sanctum Germanum nostri dixere recentes:
Admota est postq̄ machina: succubuit.
Iu. Territus Alphonsus Ferdinandum uocat ad se
Ferdi. senior moritur. — Natum: cui regni contulit imperium.
Ferdin. Iunior Rex creatur. — Ferdinandus enim iuuenis: seniore remoto
Terris: assumpsit Regia sceptra patris.
Alphon. fuga. — Pa. Vt Rex Alphonsus nato sua iura reliquit:
Pithacusæ. — Ire Pithacusas mens sibi firma fuit.
Sicanio fertur paulopost littore uitam
Amisisse ferum: nec patre degenerem.
Ferdin. Iunioris fuga. — Iu. Hunc Ferdinandus soboles sua deinde secuta est:
Prochita. — Sed Prochyta: rebus spe sine: diluit.
Triuul. ad Charol. Regē miss. — Missus Aragonio desperatis prope rebus:
Occurris Gallo: pacem: Iacobe: rogans.

Pa. Soluerunt indignati sua castra relicti
Nicoleos Capuæ: Virginiusq; duces.
Aurea Nolano sequitur Triuultius Heros
Lilia: quæ tantum concupiere ducem.
Iu. Charolus ut reges pepulit rex Parthenopæos:
Seruata petiit: detur abire: fide.
Charole gallorum rex est tua castra secutus:
Te quoq; per mediam duxerat Italiam.
Pa. Testis apud Tarum clades illata superbis
Adriacis: Mauri militibusue simul.
Qua fortes acie gallos tanto impete flumen:
Vt nemo obstaret: transiliuisse ferunt.
Iu. Nāq; ubi Parthenope est: & capta Calabria gallis:
Appula summisit gens sua colla iugo:
Discessit regno uictor rex Parthenopæo:
Castellis binis præsidium posuit.
Pa. Stat noua Parthenopen arx spectans solis ab ortu:
Portum: æquor Thuscum de medioq; die.
Mœnibus a primis distinguit fossa uiretum
Delicias regum: sole cadente mari
Iu. Hanc turris duplici Vincentia parte tuetur
Aequore stans: quisq; ne sine morte petat.
Altera castellum lustrat caua fossa ligata
Ponti: quem supra ferrea porta manet.
Pa. Fossa inter muros primos; arcemq;: secunda.
Altera dimisso mœnia ponte sita.
Porta triumphali cum fornice surgit ibidem:
Alphonsi ueteris quæ monumenta notat.

Comitis Petiliani & Virgi Col. fuga. Triuul. Nolā Charolus sequitur.

Tarus Fl. Veneti & Maurꝰ uicti.

Castelli noui descriptio.

Tincentia turris.

Porta Ferrea.

H

Verg Sepulchrũ Herasmi mõs Felix porta. Turres qnq̃.

Iu. Vergilii cineres:& montem cernit Herasmi
A Boreæ felix porta locata polo.
Mœnia castelli circundata turribus altis
Sunt quinq;:extructas quas adamante putes.
Pa. Binæ prospectant mare:tertia surgit ab ortu
Parthenopen audit:cernit & alta suam.
Q uarta:bibit pontũ quia:nunc Bibitella uocatur:
A tergo Felix ista probanda nimis.
Iu. Gentis aragoniæ Regum coniungitur aulæ:
In qua legitimi uirgine pugna tori.

Porta Aurea.

Vltima quæ fluctus salis aspicit:aurea fertur:
Ex auro fuluo quod pretiosa tenet.
Pa. Tris aliæ partim nomen de nomine sumunt
Campani:partim de medioq; uocant.
Tyrrheno uertunt turres hæ terga profundo.
Cætera discedant interiora domus.

CastellũOui.

Iu. Parua:nouum post castellum:iacet insula pontos:
Hæc arcem muris sustinet & ualidis.

Megaris.

Dicta olim Megaris:nomen sibi legit ab ouo.
Collem habet:& rupem:fonte perẽne:cauam.
Pa. Extiterat dulcis Luculli uillula quondam:
Formidat latium Charolus omne genus.

Maurus cõtra Charol. Regem. Fœdus inter Alex.pont. Maximum. Vener.Hispan.Regem & Maurum.

Cœpti pœnituit Maurum successibus istis.
Coniurat contra Liligerumq; thronum.
Iu. Fœdera:Alexander:Romanus & induperator:
Hispanus:Veneti:Ludouicus feriunt.
Secum liuorem conflauerat unus edacem
Q uisq; suum:cum sors usq; secunda foret.

Pa. Legatos mittunt ad regem protinus: omnes:
Parthenopen linquat: liberiusq; petunt:
Insuper: ut quondam promiserat: urgeat agmen
In Maumetanos: liberet & Solymas.

Gōfœdera
torum legati
ad Charolū

Iu. Rex indignatus respondit: uos scio cunctos
Coniurasse simul: Punica uestra fides.
Irrita conficiam tot conciliabula: uosq;
Discetis merces: sceptra nec: Euganei.

Pa. Romam: iter ingressus: proficiscitur: atq; remittit
Oppida Pontifici: qui procul urbe fuit.
Hunc Pyrgos ueteres tunc secessisse probastis:
Mox castrumq; Inui: uos Minionis aquæ.

Iu. Illam appellabant Pyrgos: hodie uetus urbs ēst.
Cornetum hoc dictum Paneq; Cornigero.
Hostia Pontifici non reddita: Zizymus ille
Turca perit: rediit Charolus inde Senam.

Romā rēdit
Charol. Rex.
Alex. pont.
discessus.
Pyrgi.
Castrū Inui.
Minio Flu
Ciuitas Vet⁹.
Cornetum

Zizim turca
moritur.

Pa. Deficit ecce nouo duce læsa Nouaria Mauro:
Gallicus ingreditur mœnia Ludouicus.
Manfredus comes: & Niger Oppicinus: & Albus
Defecere malis attamen auspiciis.

Manfredus
Torniel. op-
picin⁹ Albus
& Niger.

57

Chronogra.



Iu. Nterea glacialis hyems dis-
cesserat: auras
Spirabant Zephiri flatibus & tepidas.
Cornua dicti iá Tauri Phoebus habebat:
Charolus extolli cum sua signa iubet.
Pa. Belliger hybernis iam Mars renouare relictis
Castra: armare acies coeperat atq; feras.
Cum rex ulcisci decreuit cóminus hostes:
Tutellam accipiens urbis: amore: Senae.
Iu. Praesidiis Apoenini iuga summa tenebant
Italici: terret uel salebrosa uia.
Assuetus praedae crassator: inopsq;: locorum
Angustos aditus coeperat ante Ligur.
Pa. Acris ut ingenii est Triuultius: adq; loquendum
Promptus: sic lepidos fudit ab ore sonos.
Et si quos Gallos timidos uidisset: aperte
Hos detestari: carpere: coepit atrox.

Oro Triuul.

Iu. Hostis: ait: turba tantum: non robore: praestat:
Qui nunq̄ didicit bellica signa sequi.
Italus assuetus non bellis ut fuit olim:
Gallicus est armis non ueteranus iners.
Pa. Hos penes est semper uictoria: iustior extat
Quorum causa: dabunt ensis & arma uiam.
Tutum iter ad Ligures nec erit: Triuultius inquit:
Hostilem ob classem: perpetuamq; famem.

Pa. Matura decernendum cura admonet ipsum
Tempus: habet semper multa pericla mora. Mora.
Augeri docuit collectas undiq; uires:
Inq; dies nostras non sine cæde teri.
Iu. Non odiũ: metus: aut animus: uos uincere: discors.
Sed concors: uirtus: atq; amor efficiet.
Ingenita in reges constat ueneratio sacros
Gallis esse: in te est: Charole: fixa magis.
Pa. Non solum uideo subituros mille pericla:
Vltro: sed uestri regis amore necem.
Sanius istud erit: si conueniatis in unum
Consilium: possit quod uariare nihil.
Iu. Vos memores estote: nihil: q̃ hæc arma: relictum:
Atq; animos. Ferrum: turpe timere uiro.
Defecisse fame atq; siti: fore turpius aiunt:
Fœdius at multo spem posuisse fuga.
Pa. Vna salus uobis erit: hinc erumpere: dextris
Libertas uestris: estq; reposta salus.
Hoc res ducta loco: medios transire per hostes
Vt sit opus: Ferro conficiatur iter.
Iu. Incolumes Galli: si Charolus ardua montis
Rex Apœnini per iuga transierit.
Auspicio cuius sumatis bella putate:
Charolus exemplum roboris almus erit.
Pa. Triuulti placuit Magni sententia cunctis:
Mutatosq; animos bellicus ardor init.
Summis extollunt Iacobum laudibus: unum
Qui præstat Latiis omnibus esse ferunt.

Pa. Consuluisse sibi bene regem quisq; probabat:
Tanta authorasset qui grauitate uirum.
Debet consilio Triuulti Charolus uti:
Secum dicebat gallicus atq; palam.
Iu. Tantus amor:tanta & fuit huius gratia:ut illum
Vt pugna hac sibi iam constituisse ducem.
Tanta fides gallis Triuulto tunc duce Magno:
Seizana. Pa. Vt nullum incuteret pugna futura metum.
Hæc dum Setzanæ fierent:rex Charolus: arma
Expediant omnes luce sequente iubet.
Edicto regis miles sua signa secutus:
Iu. Et quocunq; ierint:seruat ubiq; duces.
Philippus. Saxonius Dux sabbau. Quingentos equites Saxonius ille Philippus
Curauit Genuam ducere:classis opem.
Militibus quadringentis classis moderatur
Exercitus. Charol. Regis. Pa. Præfectus:reliquas rex aciesq; tenet.
Mille cataphratti:quis lancea gallica nomen
Indidit:in castris sub stype regis erant.
Armatura leuis:tria millia equestria; fœtur
Iu. Tercentosq; equites nobiliore dedit.
Addictos regis tutelæ uel pharetratos
Hic quadringentos quilq; uidebat equis.
Heluetii numero sex millia:bina sequuntur
Pa. Vasconum:& hæc acies tota pedestris erat.
Stratores. Pone sequebantur stratores castra ducenti
Regia:quos totidem concomitantur equi.
Bellica quadrupedes plures tormenta uehebant:
Quorum frangebant æthera celsa soni.

Iu. Armatos equites centum:his totq; sagitta
Quis erat:ab gallo rege Iacobus habet.
Liquit Alexander simul altæ mœnia Romæ:
Fama orta est celerem sumpsisse Fugam.
Pa. Hic per Picenum Perusinam tendit ad urbem:
Perq; Vmbros:uelluti rex sequeretur atrox.
Rumor erat:petere hinc:quæ dorica dicitur Ancon:
Vrbem:si uellet rex sacra castra sequi.
Iu. Cum Iunonicolis:Thuscanula teq;: Phaliscis
Galli obiter damno diripuere malo.
Exagitabantur magna formidine Galli,
Iudicio uario mixta querella fuit.
Pa. Legati a Venetis regi mittuntur:amicos
Ne lædat:socios fœderibusq; suos.
Quod si oppugnasset:Venetis hos esse tuendos:
Collectasq; ideo sic fore ubiq; manus.
Iu. Charolus accipiens explorandi mage causas
Quam quid dicendi:castra petisse sua:
Respondit:petimus:sit Longobardia nostrum:
Vltra alpes:hominis ui sine cuius:iter.
Pa. Si quisq conaretur temerarius ausu
Stulto:ostensurum gallia quid ualeat.
Sperare aiebat:per strata cadauera:ferro:
Ac ui facturum se properante uiam.
Iu. In Venetum castris hæc cum narrata fuissent
Deridebatur gallia:rexq; simul.
Ad cœlum cœpere suas extollere uires:
Regalesq; Itali uoce minante premunt.

Triuul. Rege Charol. anthora et Alex. pŏ. et fuga.

Picenum. Perusia. Vmbri. Ancon.

Phalisci. Thuscanula.

Venet. legati ad Charolū Regem.

Pa. Nunc alii Celtas appellauere superbos:
Spreuere aut paucos:nunc aliiq; leues.
Nonnulli regem captiuum:aut cæde cruentum:
Sperabant sese posse uidere breui.
Iu. Postq̄ regales fama hæc peruenit ad aures:
Extemplo cunctos conuocat ecce duces.
Rex quadrata iubet:contra hostes:agmina: suos
Ducere:seruetur nec minus ordo:monet.
Pa. Iamq; dies aderat:qua rex ductoribus æqua
Et per iniqua suis imperat:ut sit iter.
Haud secus ac iussi faciunt:passimq; propinquas
Cœlo Alpes:armis:ui capiuntq; iuga.
Iu. Præsidia ab gallis cito sunt detrusa:præibat
Semper Triuultus:magnum animumq; dabat.
Subsequitur dux hunc:equitatus parte:Gieus:
Decussoq; Forum mox capit hoste nouum.
Pa. Ad lapidem Taro consederat iste secundum
Distantem:fieret cum prope pugna leuis.
Epirota dies noctesq; uolabat adortus
Gallos:si ligna:aut pabula quæsierint.
Iu. Ille Gieus atrox acie nolebat aperta:
Ni rex descendat:conseruisse manus:
Consilium hoc fuerat Magni ducis anterioris:
Tentarunt quãuis sæpius Adriaci.
Pa. Si conflixisset cum paucis cõminus hostis:
Difficile haud Celtas uincere posse ratus.
Gallus munitum se uallum continet intra:
Propulsare hostem sat sibi id esse putans.

Forma acierum.

Præsidia ital ab Apennino detrusa.
Gieus.
Forũnouum

Iu. Acrius instabat spe lucri miles auarus:
Proposita Euganeis aurea scuta decem.
Communi edicto Venetis hæc præmia castris.
Galli insigne ferat si quis ouando caput.

Pa. Pontremuli pars:Heluetiis:ferro igneq;datis:
Dum pertransirent:depopulata fuit.
Rex Apœnino castris tribus exuperato:
Agminibus cunctis occupat ipse Forum.

Iu. Cum transcendisset rex Charolus Apœninum
Incolumis:felix quantum ego solus:ait.
Contemplata situs maiestas sacra locorum
Ignauos hostes dixit:& esse pigros.

Pa. Damnauit:quod præsidiis loca non tenuissent:
In quibus hos Gallos saxa uel obruerent.
Quod non certe aditus seruassent:ille notabat:
Qui uix armatos continuere duos.

Iu. Imminet hic dorsum montis præruptaq; uallis
In præceps uergit:strictaq; tota uia est.
Sunt crebri ex alto manantes uertice riui:
Qui citro atq; ultro ualle latente fluunt.

Pa. Nec mora præmisit rex:quos armare sagitta
Assolet:ut calles sedulitate notent:
Scrutenturq; iubet:ne occultus rumperet hostis.
Ad pugnam:dixit:tenditis hoc nec iter.

Iu. Occupat & ualidus iuga funditor ardua montis:
Intentos arcus & pharetratus habet:
Præsidiis ueluti stabant hi:gallica turma
Dum processisset:totaq; tuta foret.

Pontremul. incensum.

Forūnouū.
Apœninum Galli supant.

Topograph. Vallis.

Apœnini descripti.

Pa. Apœninus enim uelut oras scindit in ambas
Italiam:flexis perpetuisq; iugis.
Altera ad occasum plaga:necnon uergit ad austrū:
Altera ad Arctoum uersa:oriente : polum.
Iu. Alpibus hic primo in Ligures excurrit in acres:
Inde Cisalpinos per iuga summa uiros.
Diuidit Hetruscis Picentes atq; Sabinis:
Flecti in Garganum Daunia deinde uidet.

Garganus.

Pa. Totum agmen sic instructū perduxit ad amnem
Tarum rex,plenus spe:bonitate: fide.

Tarus flumē

Mercurii uirga insignem præmisit ad hostes:
Nunciet esse animo uelle patescat iter.

Legat. Charol,ad Italos

Iu. Se reseraturum:dixit rex:arcta uiarum:
Ensibus occlusos mox :aditusq; suis.
Respondent Itali omnino certare parati:
Omnia facturos:abstineat sociis.
Pa. Res agitata diu frustra fuit :Induperator
Italus explorans fingit amiciciam.
Dicebat Venetus:si pollicitando teneret
Celtas attritos se superare fame.
Iu. Persensere dolos Proceres:& Charolus: omnes
Armatos in equis mane sequente iubet.
Corpora curarunt alii:rex corpus Iesu
Sumpsit cum summa relligione prius.

Iesus.

Pa. Maxima testanti regi fiducia:contra
Hostes inuitum sumere bella suos.
Humanis epulis:cœlestibus atq; refectus:
Egreditur quærens unde paretur honos.

Iu. Ille paludatum regem per prœlia dictus
Sabbaudus posito nomine uexit equus.
Alloquitur quoscūq; duces rex. Ante subactum
Regnum Parthenopes hi meminisse uelint.
Pa. Hos superaturos gentes quascūq; probabat
E mensos metas totius Italiæ.
Imbelles Italos: humiliq; ex fæce notabat
Agricolum lectos Charolus ore nitens.
Iu. Nuper Burgundos domitos: nuperq; Britannos:
Regius horum animis cōmemorabat amor.
Sanguine Christicolum nunq̄ rex fertur abuti:
Auspice non dubitans uincere posse deo.
Pa. Cum semel atq; iterum repetisset rex: Deus est si
Pro nobis: contra nos: mihi dic: quis erit?
Qua uirtus Magni: fors est oblata: pateret:
Triuulto breuis hinc concio facta fuit.
Iu. Charole gallorum rex o fortissime: magno
Sis animo: solo nomine uictor eris.
Ne dubita: scio nunc: Parmenses esse dicatos:
Celtarum: obsequiis: rex animose: tuis.
Pa. Ad Tarum postq̄ Parma uenere relicta
Belgiaci: rex & liliger ipse simul:
Hostiles acies illi occurrere: fuerunt
Maiores turmis quæ Senonum ualidis.
Iu. Cum quinquaginta: bis septem millia pugnant
Præsidia in multis multa locata locis.
Fessus erat modico tum uictu exercitus idem
Regius: ut longum quem mutilarat iter.

Equus Charol. Regis Sabbaudus nomine.
Oratiuncula Charol.

Si deus pro nobis quis contra nos.

Oratiuncula Triuul.

Parma.

Comes Caiaz. Frã. Gõz. Mãt.

Pa. Mauia Calatinum comitem: Venetũ quoq; signa
Gonzagam turmis præposuere suis.
Charolus in quanto fuerat discrimine: regi
Huic nisi Triuulti consuluisset amor.

Iu. Et regis dictis: & Magni: tanta maniplos
Lætitia inuasit: currere ad arma uelint.
Buccina militibus pugnæq; uiæq; paratis
Iam signum dederat: iussit ut ille: triplex.

Pa. Latius extendi cœperunt agmina: quantum
Planicies poterat militis esse capax.
Hæc Apennini radici montis inhæret:
Colles cum Taro flumine læua tenet.

Stratagema. Calones.

Iu. Calonum interea: lixarum &: inutile uulgus
Præmissum species agminis illud habet:
Hoc per deuexas ualles e parte sinistra
Occultasq;: saltus exuperatus apex.

Pa. Est cum iumentis iussum præcedere: pugnam
Ne impediat: subito quã aggrediuntur equi:
Epirotarum leuium: quis dux Venetorum
Franciscus iussit: quadrupedes fuerant.

Iu. Pellecti magis hi prædæ dulcedine: adorti
Sunt: quã Gonzagæ iussibus ut quid agant.
Ingens it clamor cœlo: stragesq; patratur:
Cum nullo inuadunt ordine dispositos.

Pa. Calones exceperunt hostilia tela
Primi: ac ardorem sustinuere ferum.
Subsidium audito misit tunc Celta tumultu:
Dum properat celeri: q ualet: ille pede.

Pa. Interea castris Venetorum castra propinquant
Gallica: cum ueterem Rex tenet ille modum.
Nanq; acie instructa triplici: linguaq; fauenti: — Triplex acie
Vndiq; stipatus progreditur tacitus.

Iu. Prima acie Quadringenti: quibus arma sagittae
Sunt: praecedebant: extiterantq; equites.
His similis Octingentos locat: & cataphractos
Rex Quadringentos: centuriamq; Ducis. — Triuul.&Gieus in prima acie.

Pa. Triuultus Dux quem scio praecessisse: Gieus
Et turmis primis quam bene praepositi.
Vasconum erant serie tali duo milia: sexq;
Heluetium: his iunctus non equitatus iners.

Iu. Quingenti fuerant selecti: quos Meolanus — Meolan.lud.
Alto Ludouicus Dux moderatur equo:
Inter & hos Puluis: Tormentaq; bellica firmo
Axe uehebantur: quo mage tuta forent.

Pa. Rex duxit medium sacratus Charolus agmen: — Charol.Rex i media acie.
Quingẽtum numerũ quo cataphratus habet.
Mille & tantumdem leuis armatura locauit:
Prima tamen tenuit Patricios acies.

Iu. Ferro munitos Celtas equitesq;: ferosq;:
Tum Quadringentos tertia acies habuit.
Haec Octingentos armatos rite sagittis,
Vltima collegit: qui tueantur iter.

Pa. Praeerat.n. Comes huic aciei Fussiusista — Fussi.Co .in tertia acie.
Forma incedebat Gallica turma ferox.
Agmen equis ferroq; sequi & pugnare paratũ
Sarcina: clitellae: non Veterina grauant.

Turcus Góz.
Iu. Franciſcus Gonzaga uidens:cognomine Turcus
Hoc acies Senonum tranſiliiſſe modo:
Incertus:quanam Rex eſſet parte:morandum
Cenſuit:exploret donec id ante ſuis.
Pa. Capturum Regem ratus: hancſi rumpere poſſet:
Venturaſq; alias in ſua iura manus.
Prætentu officii:aut maioris ponderis unum
Ad Regem miſit:Rex ubi ſit:referat.

Legat.Gonz. ad Charolũ Regem.
Iu. Hunc Caduceum dextra trepitante gerentem:
Turbaq; erectum:Charolus ecce uocat.
Legatos:Venetoſq; Duces:is poſcere dixit:
Bombardis ceſſent:hi facient & idem.
Pa. Si Venetus:qui nos prius irritauit:omittat
Ictus:Reſpondet Rex:faciemus idem.
Nanq; laceſſitum Regem decet hoſte tueri:
Me contemplator:quo ſim habituq; uide.
Iu. Nequaq̃ Regem bona coniectura fefellit:
Qui caduceifero dixit:abito:refer.
Ordine demonſtrá quæ uideris omnia:nam te
Iccirco miſſum:me neq; cauſa latet.

Liberalitas Charol.regis
Pa. Eſt ſcutis ab Rege decem Caducifer aureis
Donatus:uiſit lætus & inde ſuos.
Turcus ut accepit:qua Rex in parte fuiſſet:
Legatos Venetos alloquituq; Duces.
Iu. Ab Duce promiſſa eſt Veneti uictoria Turco:
Oĩo Gonz.
Virtutem extinctam denegat Italicam.
Aurea Militibus uaſa:atq; argentea ſpondet:
Tot ſolidos torques:totquoq; fræna docet.

Pa. Splendida Regali luxu Tentoria monstrat:
Postmodo Regem ipsum:Nobilitate sua.
Nunq̄ inopes eritis:modo tota intentio uestra
Sit Gallos:hodie uincere:Turcus ait.
Iu. En paucos hostes iam iam contemnite Gallos:
Qui non euadent:sintimodo corda uirum.
Gallorum imbellem turbam esse aiebat:& armis
Instructam:incuteret nil nisi torua metum.
Pa. Summa tenet Senones proh desperatio cunctos:
Quis fuga ne ulla quidē consulere inde potest.
His dictis incensi animi:pugnamq; cupiscunt.
Franciscus iubet:ut Buccina signa daret.
Iu. Præfuerat dextro cornu Gonzaga Rodulphus
Virtute insignis:Magno animoq; ualens.
Miles:ait:quocunq; feror:me corde sequatur: Oso Rodul.
Palmam hodie cunctis Hercule polliceor.
Pa. Vos Venetis seruate fidem:ducibusquoq; uestris:
Quam promisistis:uestraq; laus:& honor.
Italia hoc bello confecto tota tenebit
Libertate suum cum redeunte Decus.
Iu. Hæc fatus:subito primus prorupit in illud
Agmen:quo fuerat Machina tuta prius.
Quingenti electi hunc:& milia terna:secuti.
Sunt equites animo:sponte suaq; Ducem.
Pa. Hac acie nam peruálidum Dux quenq; locarat:
Impigens peditem pone gerebat eques.
Difficili cursu defessa est turma Rodulphi:
Distabant acies hę spacioq; breui.

Iu. Alueus ad ripam triplex erat ulteriorem
Prætereundus: ubi Gallica fixa cohors.
Vndiq; uirgulta ac rippis agnata salicta
Procursum impediunt: saxa: & harena simul.
Pa. Agmina disiungi cupiere hostilia Galli:
Vim primi Incursus rumpere posse rati.
Plæriq; occumbunt Tormentorum ictibus ipsis:
Quæ conuertuntur: soluit uti se acies.
Iu. Hic fieri cœpta est tetra collluctatio: pauci
Quod teneat uada: quod cætera turba cadat.
Nanq; uoraginibus fluuialibus atq; lacunis
Oppressi miseræ succubuere neci.
Pa. Quanq̃ ea res animos nec inopinata fefellit:
Impete terribili pugnam inire tamen.
Gallorum numero longe impar agmen in hostes
Arte usum est: cedens callidita e parum.
Iu. Declinauit ubi paulum: mox illud aditum est
Prælatos Italos: fœdaq; terga ferit.
Explicuit quæ se se turma globata: Phalangem
Pro tormentorum præsidio illa facit.
Fran. Gonz. Pa. Franciscus cornu turmas mouet ecce sinistro:
Inq; aciem Regis fertur: initq; ferox:
At Galli certa spe pleni hastilia ponunt:
Tantum armant strictis ensibus atq; manus.
Iu. Imparibus congressuri uibrare nequibant
Gesa: ideo haud acies deseruere suas.
Obnixi stabiliq; gradu ictus excipiebant:
Omnes hi quites Adriacæ fuerant.

Pa. Pauci equites ſunt pro caſtris pediteſq; relicti
A Venetis:cædes maxima utrinq; fuit.
Non timido:non Ignauo:ceſſare licebat: — Conflictus aſperrimus.
Gloria certare hos cogit:& hoſce ſalus.
Iu. Collatis pugnatur equis:quos flectere in orbem
Non poterant:illis uir trahit enſe uirum.
Saucius haud acie diſcedere non ualet:hoſtes
Huic a fronte inſtant:terga premuntq; ſui.
Pa. Obnixus ſtabat pede firmo Gallus eodem:
Dum ſibi conficiat:ſic ſuperando:locum.
Tum demũ proſternato greſſum hoſte mouebat:
Vincebatq; Italos inferior numero:
Iu. Militis atq; Ducis Rex:& Triuultus obibant — Charol.regis & Triuul.ſollertia.
Munia:pugnabant:nunc animumq; dabant.
Nunc uiſunt equites:faciat quid & ordo pedeſter:
Succurrunt feſſis nunc equitando ſuis.
Pa. Itala turba ſuper numero tantummodo fracta
Signa cateruatim nulla ſecuta fuit.
Ordinibus nullis equites:pediteſq; putabant
Conturbare acies:Charole Diue:tuas.
Iu. Charole:te capto ſperabant Rege:Triumphum
Ducere:diſiectus ſi foret ordo tuus. — Ordo acierũ ab Gallis ſeruatus.
Pugna latrocinio mage:q̃ fuit illa duello
Hunc modo ſed Gallus ſũmouet:hunc iugulat.
Pa. Quiſq; operæ precium facturum ſe putat:ullum
Coram Rege patrat ſi egregium facinus.
Aſpera dum fieret pugna hinc:atq; hinc: caligatos
Primos ſenſiſti chare Rodulphe nimis.

Iu. Illæ ex composito circundant arma:suisq;
Gallis junguntur:subsidiumq; ferunt.
Gallica cæde magis:q̄ pugna:lassa fuere
Copora:uicerunt postmodo quæ Venetos.
Pa. Multis rupta locis Italorum plurima turba
Fluctuat:& Senonum uim quoq; ferre nequit.
Terga dat incassum Venetus:quem retroq; Tari
Arcet ab effusa fluminis unda fuga.
Iu. Præterea rippas gallus comprehenderat amnis:
In quem nunc trepidi præcipitantur equi.
Nunc ipsiq; uiri iactantes turpiter arma
Hostem in uicinum:cæcus ut:inde ruunt.
Pa. In rippis alii cunctati ex hoste necantur:
Inter pugnæ huius consiliumq; fugæ.
Agminis extremi Dux Fussius ille:cohortes
Nonnullas misit:Rex:tibi subsidium.
Iu. Restituunt procurrentes hæc prælia:sparsos
Inuaduntq; hostes tunc male compositos.
Infestis signis ui tanta:atq; impete turmas
Euganeas:ualeat sistere nemo:petunt.
Pa. Ordine confuso fugiunt in castra:uel altos
Montes:deuicti:fœmina ut:Adriaci.
Funditor:atq; illi:quis sunt sua tela sagitæ:
Ac Pedites Venetis:præsidio absq; cadunt.
Iu. Athera consertis manibus reboasse putares.
Fluminis auditur rippa ab utraq; fragor.
Hæc fuit omnino uictoria sanguinolenta:
Diuina est Gallus deniq; uictor ope.

Venetorum fuga

Gallorum uictoria

Pa. Nicoleos captus Regno olim Parthenopæo
Collabentem aciem colligit Italicam.
Hoc bene se gessit bello Triuultius Heros:
Transisti ad Venetos Pythiliane comes. Nicolausursi n⁹.Co.Pyth. Pethiliãi Co. captiuus trã-sit ad uenetos.
Iu. Charolus:effugio Venetis in castra relictis:
Hostem sectari longius haud uoluit.
Bucina signa dedit:cecinitq; receptibus:esset
Ne prædæ intentus Miles ubiq; uagus.
Pa. Edicto capitale fuit tamen illud:ut hostem
Quis uiuum capiat:semianimem aut spoliet.
Nullum seruauit captiuum ex hostibus illo
Conflictu Gallus Regia iussa tenens.
Iu. Epirota:simul cædes est cognita:Parmam
A lixis celeri currit abactus equo.
Turma Calatino Francisco ducta secuta est
Palantes:dederant quã sibi Sfortiadæ. Co.Gaiaz.
Pa. Sfortiadæ castris:fuerant quæ colle:relictis:
Regem ante exquirunt:tuta sit unde salus.
Sors uelut obtulerat:petit unusquisq; propinqua:
Secura &:magis ut sunt prope uisa:loca.
Iu. Tum uero est similis clades hæc tanta ruinæ
Cognita:qua fortes tot periere uiri.
Illic Francisci Patruus Gonzaga Rodulphus:
Atq; alii ex Italis oppetiere uiris. Rodulphus. Gõz.moritur
Pa. Tædia ne subeant:hos non inuita relinquo:
Proli horum Venetos dona tulisse ferunt.
Mille Cataphrattos supra centum cecidisse
Aiunt:ex uili milia plæbe decem. Hũerus desideratorum

Iu. Gallorum pauci mortem:sed uulnera multi
Senserunt:capti sunt quoq; quidam alii.
Borbonius capitur nothus & Mathæus:& ille
Paucidenarius nomine dictus atrox.

Borbon. & Matt noth? Paucidenar. capiuntur

Pa. Progressi fuerant qđ ab ordine longius:hostem
Sectando:pedicis implicuere pedes.
Portendit bellis felix hæc pugna futuris
Finem liligeris Regibus usq; bonum.

Nimbus cũ Grandine.

Iu. Ingens exoritur mixta cum grandine nimbus:
Ignibus & crebris intonuere poli.
Omnia sub pugna sunt ista repente coorta:.
Hanc cladem cælo uel minitante uiris.

Tarus auctus

Pa. Auctus ita est Tarus:non ulla ut parte uadari
Posset:uorticimbus multi obiere suis.
Visebantur humi prostrata cadauera:ab undis.
Sublata huc:illuc:atq; natare super.

Iu. Dispersos Gonzaga suos conquirere iussit:
In castris crebras ponere & excubias.
Nanq; dies in noctem ierat:cum Turcus oberrat
Armatis aliquot nocte:suosq; tenet.

Pa. Luctus apud Venetos ingens:trepidatio:clamor
Galli:Fortunæ munere:ne redeant.
Castra:uerebantur:ne expugnarentur ab illis:
Amissos omnes quæ sibi pene uident.

Iu. Edictis poterat reuocari uix quoq; Miles:
Cui mage cura fuit:quam sua castra:salus.
Posse die:certum fuerat:finiri et illo
Bellum:Rex hostes si uelit:omne:sequi.

Pa.
Italia Regem tota potuisse potiri:
Si desistendi copia nulla: ferunt.
Sed satis esse putans Rex propulsasse Rebelles
Strage hac tam insigni: uertitur in Patriam.

Iu.
Consuluit Regi Triuultius o bene: fecit
Quem non elatum palma nec illa pigrum.
Acrius instarent uelut hostes: integer omni
Turma: usus magna sedulitate fuit.

Pa.
Armis Miles erat: castris Tormenta locata:
Partes quisq; suas & uigilando facit.
Pugna ubi commissa est: Maiestas Regia mansit
Noctem: mutauit castra sequente die.

Iu.
Postera cumprimum fulsit Tithonia coniunx:
Sarcina constructis tota cremata focis:
Ne: nidore graui ob defuncta cadauera: tabe
Corpora languerent collabefacta putri.

Impedimẽta cremata

Pa.
Viliora tamen clitellis rapta: priusq̃
Arderent: Gallus promptior inde fuit.
Rex ibi si minimum mansisset: forte timebat:
Esse laborandum pauperie: atq; fame.

Iu.
Charolus inquit: erit summa hæc dementia: possint
Hostes dum augeri uelle parare moram.
Charolus ergo dato signo: dum castra moueret:
Q uantum erat ad uictum: corripiebat iter.

Pa.
Ante seuerinas collectis undiq; sparsis
Militibus: loca quæ sunt propiora petit:
Prima illi occurrit Romana Placentia: cuius
Se se firmauit mœnibus in uacuis.

Cões Galaz. Placentiã se retrahit.

Iu. Regem animo hostili progressurum ille putabat:
Quod longe a sacri pectore Regis erat:
Pacatos qui per populos aliud nihil ultra
Annonam: ac tutam poscat: eundo: uiam.

Saxõius dux Sabbau. Rapal.

Pa. Classe per id tempus Saxonius ecce Rapallum
Venit: ubi ligures naue ferire parant.
Pro Venetis ac Sfortiacis ligur induit arma:
Altis prospicerent quem bene Quisq; locis.
Iu. Rostratas duxere rates: alias quoq; lyntres
Sabbati magna spe simul atq; animo.

Philip. dux Gabbau.

Hos contra ad litus posuit Tormenta Philippus:
Classis ut in tutum Regia ducta sinum.
Pa. Noluit at Gallus se se in discrimen apertum
Praecipitare: uidens: qd minor hoste foret.
Miles ut in terram expositus: prouectaq; Ponto
Machina: uim sensit quae fuerit ligurum.
Iu. Classis.n.frustra est lectata ligustica Gallos
Fortes: Bombardis a quibus icta fuit.
Terrestri iunctum est agmen nauale: Philippus
Agminibus iunctis accelerat Genuam.

Feritor fl.

Pa. Castra locant: Feritor qua labitur: ordine Galli:
Exagitat ligures magnus ubiq; metus:
Nanq; iter arreptum ut Gallis ante negaret
Ingauni: suberant hi quia Sfortiadis.
Iu. Factio ne Celtas contraria ducat in urbem
Formidabatur: quae tamen aula nihil;
Quo minus angustos aditus ligur occupet: Alpes
Obsideat: Genuae moenia Gallus obit.

Pa. Vrbem infestabat discursio Gallica: Portas
Nunc propius tangens: uertere nūcq; minans.
Postridie illius quando illuxisse diei
Visa Aurora fuit: Gallus iniuit iter.
Iu. Quingentos Pedites: & præmisere ducentos
Galli equites: Arcus quosue sagita probat.
Hi calles omnis indagauere: lateret
An ligur: & montis corripuere Iuga.
Pa. Cum reliquo instructo Saxonius agmine tendit:
Erumpunt ligures: primam aciemq; petunt.
At Pedites illi: qui stabant ante: tulerunt
Vim: donec dedit his tunc Equitatus opem.
Iu. Disturbata acies fuit illa ligustica tanto
Impete: prostrata est: corripuitq; fugam.
Ingenti Senones cæde & terrore sequuntur:
Compelluntq; intra Mœnia mox Genuæ.
Pa. Mille & Quingeti ex Genuensibus oppetiere: Genuensiū occisorū nūe.
Celtarum pauci: Classis at orba Duce:
Hic præfectus.n. capitur: qui ex agmine cessit:
Pugnando excussus fortiter est ab equo.
Iu. Hostibus illata superatis strage: Philippus
Victor ad inceptum se reuocauit iter:
Cum descendisset Saxonius exuperato
Ille iugo: cœpit ui grauiore premi.
Pa. Porciferæ uallem simulac intrauit: agrestes Porcifera fl.
Montanos aditus præripuisse uidet.
Angusta & sterilis uallis: tergumq; premebat
Hostis: cui fuerant plus iuga nota: ligur.

Iu. Maxima cum magno torquebant saxa fragore
Ingauni:si quis prateriisse uelit.
Pabula quærentes pudet haud occidere Gallos:
Incola Montanus more latronis agit.
Pa. Dux tamen haud animo demisso Gallicus ibat:
Instructas acies ordine:ut ante:tenet.
Hortatur cunctos:ingentia præmia:laudem:
Famam:atq; imensas hicquoq; spondet opes.
Iu. Non:alii ut tegerent alios qua parte:dabatur:
Conserto aut raro milite pugna ferox.
Fães maxia Tanta fames orta:ut radices ac simul herbas
Mandere cogantur:res miseranda nimis.
Pa. Hostibus ex ipsis:in tot:plæriq; cadebant
Erumnas:quærunt cum sine lege necem.
Nulla sequebantur nudi uexilla & inermes:
Gallorum pauci uulneribus pereunt.
Iu. Illa trium Annonæ penuria sæua dierum
Perstitit:Incultis ac fera pugna locis:
Alexandria Donec Alexandri descensum ad mœnia terni
Præsulis:atq; Astæ sat propiora:fuit.
Pa. Charolus interea totis legionibus Astam
Venit:& hac posuit præsidium urbe tenax.
Epirota leuis collectus:ab hostibus agmen
Regale haud potuit commutilare nimis.
Iu. Magnus Triuultus: Domus & Triuultia:Regi
Succenturit:& clam plurima dona ferunt.
Pabula suppeditant:frumenta q;:lumine dignos
Triuulti qui se se magis esse putant.

Pa. Ergo per Astenses:per montanas quoq; gentes:
Cum toto positis agmine præsidiis:
Quod iussa ac Impartita statione locat ut:
Taurinum petiit Rex:Proceresq; sui.
Iu. Cherium & innumera uenit stipante caterua — Cherium.
Lictorum:assistant qui lateri usq; sacro.
Subsidia ex Gallis Rex expectauerat illic:
Huc & ab Heluetiis iam peditatus eat.
Pa. Ludouico uult:& qui Princeps extitit Astæ: — Aurel. Dux.
Dux Aureliacus:Rex dare mitis opem:
Ducere & in Venetos acies ulturus iniqua
Omnia:quæ passa est Gallia in Italia.
Iu. Obsessum uidit tunc pressa Nouaria tantum: — Nouarie obsessio
Cui debebatur sacra corona:Ducem.
Vndiq; uallarunt hanc Mauri exercitus urbem:
Necnon Adriacus:Flos Italusq; simul.
Pa. Mensibus illa tribus perstans obsessio ciues
Affecit miseros:milite:peste:fame.
Ludouicũ expediat:pacẽ minus optat honestam
Charolus:hinc alpes transit:aditq; suos.
Iu. Interea Regnum defecit Parthenopæum.
Alphonsi natus regna parata subit:
Hic Ferdinandus perit sine prole:relicto — Ferd. iunior rex moritur
Tunc Patruo:nomen cui Federicus erat. — Federicus patruus rex
Pa. Victus Aragoniis Atellæ deditur hostis. — Atell. Galli Victi.
Hostia Belgiacis unguibus eripitur. — Hostia.
Pontificis genibus procumbit in urbe Menaus: — Menaus hostiæ pfectus.
A Gondisaluo captus ut arce fuit.

Charoli regis mors.
Lud.xii.rex creatur.

Iu. Fata uolunt:his ex rebus quod Charolus imis
Cederet:in cuius Ludouicusq; locum:
Suffectus Rex est:& cunctorum ore creatus:
Protinus atq; acies duxit in Italiam.

Pa. Vt Mediolanum sibi consequeretur habendum:
Præmisit nostrum:cui data castra:Ducem.
Dux simul ac Iacobus agros pertransiit Astæ:
Nutauere urbes:oppida:rura:domus.

Iu. O quam felices multos:quos transeo prudens:
Triuulti pacem si tenuisse uelint.
Iactant dum nubes equitum:peditumq;:fugati
Hoc Duce sunt regno:capta superba cohors.

Alexādriæ & Mlī deditio

Pa. Cepit Alexandri uix mœnia nomine dicta
Pontificis:prima urbs deditur Insubrium.
Vt Mediolanum se dedidit:ecce recessit
Maurus ab Imperio.Maurus ab urbe sua.

Arx Iouis capit a Gallis.

Iu. Arx Iouis hinc sine tot tormentis denīq; capta est:
Dux:& Rex intrant mœnia Ludouicus
Non labefactandam curauit Curtius arcem:
Esset ne sumptu post reparanda graui.

Curtius Bernardinus.

Arcis Iouis descriptio.

Pa. Turribus hæc ualidis sex munitissima surgit:
Fossa ambit muros:atq; perennis aqua.
Interiore:minor non expugnabilis extat:
Sint defensores:Arx quoq; circuitu.

Iu. Ad longum spacium triplices tellure meatus
Conduntur:per quos rumpere turma potest.
Arcibus his bimus uictus fuit:atq; reposta
Arma:quot instruerent milia:bina uirum.

Pa. Hic Tormentorum duo millia:quattuor amplæ
Bombardæ:uanus proditione labor.
Munimenta uidens Rex talia:protinus inquit:
Vah propugnassem hunc sæcula multa locũ.
Iu. Sfortia Franciscus firmas has condidit arces. Fran.Sfor.
Oppida cum populis dedita cuncta suis.
Præterea ligures se Regi supposuere.
Ex pacto Venetis pulchra Cremona datur. Cremõa daf Venetis
Pa. Et quia nequaq̃ uictoria parta cruenta:
Gratandi causa Regulus omnis adest.
Quæq; suos Oratores urbs Itala misit:
Obtulit atq; omnis:quas habuisset opes.
Iu. Omnibus Insubrium pacatis ordine rebus:
Triuulto moles tota regenda data est.
Vrbs Mediolani post quartum:non sine damno: Triuul.Gubernator Mli
Mensem:defecit Regis ab imperio. Rebel. Mli.
Pa. Ecce regens Iacobus:habẽsq; in honore Penates:
Supplicat:Heu tantus ne sit in urbe furor. Oro Triuul. ad populum Mediolaẽs.
Gallica:dicebat:non nota potentia uobis:
Ne facite:heu pœnas quam uereor dabitis.
Iu. Proposito uoluere suo perstare Rebelles
Insubres:quos:post talia:pœnituit.
Profuit inde parum tam sero pœnituisse:
Nolleq; Triuultum credere uera loqui.
Pa. Maurum Germanis accersere maluit oris
Vrbs hæc:& fratrem protinus Ascanium: Maurus a Germāia reuocatur.
Quam Regem retinere suũ.Proh Quanta futuri
Nox animis hominum;quantus & error inest.

Iu. Expugnata fuit satis alta Nouaria Mauro:
Inclusus Maurus mœnibus his capitur.
Traditur a Venetis Gallorum uiribus ille
Inclytus Ascanius: captus apud Trebiam.

Ascanii captiuitas Fortũæ instabilitas Trebia.

Pa. Ludit in humanis quantum Rhamnusia rebus:
Quem captum uidit: liberat Ascanium.
Transmittit Romam: suffragia Rhotomagensi
Præstet: Alexandri mors ubi dicta fuit.

Rhotõagen. Chardinalis.

Iu. Ascanius liber Roma decessit in alma,
Captiuum Maurum Gallia detinuit.
Maurus apud Gallos fertur periisse comatos:
Dissimilis fratrum finis uterq; fuit.

Ascanii & Mauri obit⁹

Pa. Ascribenda Duci Magno sunt omnia gesta
His bellis: quibus hic Induperator erat.
Regales acies habuit Mortaria: sensit
Et Vespolatum quidue sit ignis edax.

Mortaria Vespolatum

Iu. Proh scelus infandũ: Burgunda caterua; manusue
Itala Vulcano dona tulere Deo.
Corripuere mei Sarrachi incendia uicum:
Quem restaurarunt ligna trabesue Ducis.

Sarrachus

Pa. Immo meus Sarrachus erit: Triuultius Heros
Quem non uulgari ductus amore fouet:
Defleuit lachrymis captiuum Iacobus obortis
Maurum: Mortalis sortis & ipse memor.

Triuul. la⁹chrimæ.

Iu Confectum hoc bellum: belli maioris origo.
Trinacriæ regnum Ludouicus repetit:
Sed Regem Hispanum Federici Iura propinqui
Tutari aduertens diuidit Ausoniam.

Neapolis regnũ diuisũ

Iu. Est Ferdinando permissa Calabria regi
Cantabrico:simul & Daunia sicca:fero.
Caetera gallus habet:concordia talis utrūq;
Connexum potuit non retinere diu.
Pa. His pactis reges adeunt sua cōminus ambo.
Gallorum turmis restitit urbs Capuae. Capuae clade affecta
Moenia supplicium gallis capuana dedere:
Parthenopen qui mox obtinuere nouam.
Iu. Insula suscepit Federicum Aenaria: hostris Aenaria Ischya
Ischya quae fertur:robore:temporibus:
Inde piis genibus gallorum regis inhaesit
Incolumis:lustrum cernere nec ualuit.
Pa. Finibus ut regni contentio dira coorta est:
Succubuit Gallus uictus ab hoste ferox.
Fit Gundisaluus dux Ferdinandus Iberi Gōdisaluus. Ferd.
Agminis:obsessus qui Baruli fuerat. Barul.
Iu. Tam constans animo fuit:ut post obsidionem
Maiores gallos fuderit ipse minor.
Pro regem:atq; ducem uitam exhalare Nemurci Nēurci dux m. titur.
Compulit:& multis Palma uagata locis.
Pa. Virtute:ac armis effulsit:deinde periclis
Expositus uariis uictor ubiq; fuit.
Donec Parthenopem:uicatim & cuncta subegit:
Et iuris facta est arx superata sui.
Iu. Cantaber:eiecto muroq; & ponte:necauit
Custodes arcis:compedibusue dedit.
Relliquia Senonum Caietam urgente redacta Caieta;
Hispano:dantes terga:fuere:duce.

K

Iu. Alueus ad ripam triplex erat ulteriorem
Prætereundus:ubi Gallica fixa cohors.
Vndiq; uirgulta ac rippis agnata salicta
Procursum impediunt:saxa:& harena simul.
Pa. Agmina disiungi cupiere hostilia Galli:
Vim primi Incursus rumpere posse rati.
Plæriq; occumbunt Tormentorum ictibus ipsis:
Quæ conuertuntur:soluit uti se acies.
Iu. Hic fieri cœpta est tetra colluctatio:pauci
Quod teneat uada:quod cætera turba cadat.
Nanq; uoraginibus fluuialibus atq; lacunis
Oppressi miseræ succubuere neci.
Pa. Quanq̃ ea res animos nec inopinata fefellit:
Impete terribili pugnam inire tamen.
Gallorum numero longe impar agmen in hostes
Arte usum est:cedens callidita e parum.
Iu. Declinauit ubi paulum:mox illud adortum est
Prælatos Italos:fœdaq; terga ferit.
Explicuit quæ se se turma globata:Phalangem
Pro tormentorum præsidio illa facit.
Fran. Gonz. Pa. Franciscus cornu turmas mouet ecce sinistro:
Inq; aciem Regis fertur:initq; ferox:
At Galli certa spe pleni hastilia ponunt:
Tantum armant strictis ensibus atq; manus.
Iu. Imparibus congressuri uibrare nequibant
Gesa:ideo haud acies deseruere suas.
Obnixi stabiliq; gradu ictus excipiebant.
Omnes hi equites Adriacæ fuerant.

Pa. Pauci equites ſunt pro caſtris pediteſq; relicti
A Venetis:cædes maxima utrinq; fuit.
Non timido:non Ignauo:ceſſare licebat: Conflictus aſperrimus.
Gloria certare hos cogit:& hoſce ſalus.
Iu. Collatis pugnatur equis:quos flectere in orbem
Non poterant:illis uir trahit enſe uirum.
Saucius haud acie diſcedere non ualet:hoſtes
Huic a fronte inſtant:terga premuntq; ſui.
Pa. Obnixus ſtabat pede firmo Gallus eodem:
Dum ſibi conficiat:ſic ſuperando:locum.
Tum demũ proſternato greſſum hoſte mouebat:
Vincebatq; Italos inferior numero:
Iu. Militis atq; Ducis Rex:& Triuultus obibant Charol. regis & Triuul. ſollertia.
Munia:pugnabant:nunc animumq; dabant.
Nunc uiſunt equites:faciat quid & ordo pedeſter:
Succurrunt feſſis nunc equitando ſuis.
Pa. Itala turba ſuper numero tantummodo fracta
Signa cateruatim nulla ſecuta fuit.
Ordinibus nullis equites:pediteſq; putabant
Conturbare acies:Charole Diue:tuas.
Iu. Charole:te capto ſperabant Rege:Triumphum
Ducere:diſiectus ſi foret ordo tuus. Ordo acierũ ab Gallis ſeruatus.
Pugna latrocinio mage:q̃ fuit illa duello
Hunc modo ſed Gallus ſi mouet:hunc iugulat.
Pa. Quiſq; operæ precium facturum ſe putat:ullum
Coram Rege patrat ſi egregium facinus.
Aſpera dum fieret pugna hinc:atq; hinc: caligatos
Primos ſenſiſti chare Rodulphe nimis.

Iu. Illæ ex composito circundant arma:suisq;
Gallis iunguntur:subsidiumq; ferunt.
Gallica cæde magis:q̃ pugna:lassa fuere
Copora:uicerunt postmodo quæ Venetos.
Pa. Multis rupta locis Italorum plurima turba
Fluctuat:& Senonum uim quoq; ferre nequit.
Terga dat incassum Venetus:quem retroq; Tari
Arcet ab effusa fluminis unda fuga.
Iu. Præterea rippas gallus compræhenderat amnis:
In quem nunc trepidi præcipitantur equi.
Nunc ipsiq; uiri iactantes turpiter arma
Hostem in uicinum:cæcus ut:inde ruunt.
Pa. In rippis alii cunctati ex hoste necantur:
Inter pugnæ huius consiliumq; fugæ.
Agminis extremi Dux Fussius ille:cohortes
Nonnullas misit:Rex:tibi subsidium.
Iu. Restituunt procurrentes hæ prælia:sparsos
Inuaduntq; hostes tunc male compositos.
Infestis signis ui tanta:atq; impete turmas
Euganeas:ualeat sistere nemo:petunt.

Venetorum fuga

Pa. Ordine confuso fugiunt in castra:uel altos
Montes:deuicti:fœmina ut:Adriaci.
Funditor:atq; illi:quis sunt sua tela sagittæ:
Ac Pedites Venetis:præsidio absq; cadunt.
Iu. Athera consertis manibus reboasse putares.
Fluminis auditur rippa ab utraq; fragor.

Gallo℞ uictoria

Hæc fuit omnino uictoria sanguinolenta:
Diuina est Gallus deniq; uictor ope.

Pa. Nicoleos captus Regno olim Parthenopæo
Collabentem aciem colligit Italicam. Nicolausursi n⁹.Co.Pyth.
Hoc bene se gessit bello Triuultius Heros:
Transisti ad Venetos Pythiliane comes. Pethiliāi Co. captiuus trāsit ad uenetos.
Iu. Charolus:effugio Venetis in castra relictis:
Hostem sectari longius haud uoluit.
Bucina signa dedit:cecinitq; receptibus:esset
Ne prædæ intentus Miles ubiq; uagus.
Pa. Edicto capitale fuit tamen illud:ut hostem
Quis uiuum capiat:semianimem aut spoliet.
Nullum seruauit captiuum ex hostibus illo
Conflictu Gallus Regia iussa tenens.
Iu. Epirota:simul cædes est cognita:Parmam
A lixis celeri currit abactus equo.
Turma Calatino Francisco ducta secuta est Co.Gaiaz.
Palantes:dederant quā sibi Sfortiadæ.
Pa. Sfortiadæ castris:fuerant quæ colle:relictis:
Regem ante exquirunt:tuta sit unde salus.
Sors uelut obtulerat:petit unusquisq; propinqua:
Secura &:magis ut sunt prope uisa:loca.
Iu. Tum uero est similis clades hæc tanta ruinæ
Cognita:qua fortes tot periere uiri.
Illic Francisci Patruus Gonzaga Rodulphus: Rodulphus. Gōz.moritur
Atq; alii ex Italis oppetiere uiris.
Pa. Tædia ne subeant:hos non inuita relinquo:
Proli horum Venetos dona tulisse ferunt. Hūerus desideratorum
Mille Cataphractos supra centum cecidisse
Aiunt:ex uili milia plæbe decem.

Borbon. & Matt noth9 Paucidenar. capiuntur

Iu. Gallorum pauci mortem:sed uulnera multi
Senserunt:capti sunt quoq; quidam alii.
Borbonius capitur.nothus & Matthæus:& ille
Paucidenarius nomine dictus atrox.

Pa. Progressi fuerant qd ab ordine longius:hostem
Sectando:pedicis implicuere pedes.
Portendit bellis felix hæc pugna futuris
Finem liligeris Regibus usq; bonum.

Nimbus cũ Grandine.

Iu. Ingens exoritur mixta cum grandine nimbus:
Ignibus & crebris intonuere poli.
Omnia sub pugna sunt ista repente coorta:
Hanc cladem cælo uel minitante uiris.

Tarus auctus

Pa. Auctus ita est Tarus:non ulla ut parte uadari
Posset:uorticibus multi obiere suis.
Visebantur humi prostrata cadauera:ab undis
Sublata huc:illuc:atq; natare super.

Iu. Dispersos Gonzaga suos conquirere iussit:
In castris crebras ponere & excubias.
Nanq; dies in noctem ierat:cum Turcus oberrat
Armatis aliquot nocte:suosq; tenet.

Pa. Luctus apud Venetos ingens:trepidatio:clamor
Galli:Fortunæ munere:ne redeant.
Castra:uerebantur:ne expugnarentur ab illis:
Amissos omnes quæ sibi pene uident.

Iu. Edictis poterat reuocari uix quoq; Miles:
Cui mage cura fuit:quam sua castra:salus.
Posse die:certum fuerat:finiriet illo
Bellum:Rex hostes si uelit:omne:sequi.

Pa. Italia Regem tota potuisse potiri:
Si desistendi copia nulla:ferunt.
Sed satis esse putans Rex propulsasse Rebelles
Strage hac tam insigni:uertitur in Patriam.
Iu. Consuluit Regi Triuultius o bene:fecit
Quem non elatum palma nec illa pigrum.
Acrius instarent uelut hostes:integer omni
Turma:usus magna sedulitate fuit.
Pa. Armis Miles erat:castris Tormenta locata:
Partes quisq; suas & uigilando facit.
Pugna ubi commissa est:Maiestas Regia mansit
Noctem:mutauit castra sequente die.
Iu. Postera cumprimum fulsit Tithonia coniunx:
Sarcina constructis tota cremata focis: Impedimēta cremata
Ne:nidore graui ob defuncta cadauera:tabe
Corpora languerent collabefacta putri.
Pa. Vtiliora tamen clitellis rapta:priusq̃
Arderent:Gallus promptior inde fuit.
Rex ibi si minimum mansisset:forte timebat:
Esse laborandum pauperie:atq; fame.
Iu. Charolus inquit: erit summa hæc dementia:possint
Hostes dum augeri uelle parare moram.
Charolus ergo dato signo:dum castra moueret:
Quantum erat ad uictum:corripiebat iter.
Pa. Ante seuerinas collectis undiq; sparsis
Militibus:loca quæ sunt propiora petit. Cōes Gaiaz. Placentiā se cetrahit.
Prima illi occurrit Romana Placentia:cuius
Se se firmauit mœnibus in uacuis.

Iu. Regem animo hostili progressurum ille putabat:
Quod longe a sacri pectore Regis erat:
Pacatos qui per populos aliud nihil ultra
Annonam:ac tutam poscat:eundo:uiam.

Saxõius dux Sabbau. Rapal.

Pa. Classe per id tempus Saxonius ecce Rapallum
Venit:ubi ligures naue ferire parant.
Pro Venetis ac Sfortiacis ligur induit arma:
Altis prospicerent quem bene Quisq; locis.

Iu. Rostratas duxere rates:alias quoq; lyntres
Sabbati:magna spe simul atq; animo.

Philip. dux Gabbau.

Hos contra ad littus posuit Tormenta Philippus:
Classis ut in tutum Regia ducta sinum.

Pa. Noluit at Gallus se se in discrimen apertum
Præcipitare:uidens:qđ minor hoste foret.
Miles ut in terram expositus:prouectaq; Ponto
Machina:uim sensit quæ fuerit ligurum.

Iu. Classis.n.frustra est lectata ligustica Gallos
Fortes:Bombardis a quibus icta fuit.
Terrestri iunctum est agmen nauale:Philippus
Agminibus fluctis accelerat Genuam.

Feritor fl.

Pa. Castra locant:Feritor qua labitur:ecce Galli:
Exagitat ligures magnus ubiq; metus:
Nanq; iter arreptum ui:Gallis ante negarat
Ingauni:suberant hi quia Sfortiadis.

Iu. Factio ne Celtas contraria ducat in urbem
Formidabatur:quæ tamen aula nihil:
Quo minus angustos aditus ligur occupet:Alpes
Obsideat:Genuæ mœnia Gallus obit.

Pa. Vrbem infeſtabat diſcurſio Gallica:Portas
Nunc propius tangens:uertere nūcq; minans.
Poſtridie illius quando illuxiſſe dici
Viſa Aurora fuit:Gallus iniuit iter.
Iu. Quingentos Pedites:& præmiſere ducentos
Galli equites:Arcus quoſue ſagita probat.
Hi calles omnis indagauere:lateret
An ligur:& montis corripuere Iuga.
Pa. Cum reliquo inſtructo Saxonius agmine tendit:
Erumpunt ligures:primam aciemq; petunt.
At Pedites illi:qui ſtabant ante:tulerunt
Vim:donec dedit his tunc Equitatus opem.
Iu. Diſturbata acies fuit illa liguſtica tanto
Impete:proſtrata eſt:corripuitq; fugam.
Ingenti Senones cæde & terrore ſequuntur:
Compelluntq; intra Mœnia mox Genuæ.
Pa. Mille & Quingēti ex Genuenſibus oppetiere: Genuenſiū occiſoꝝ nūe.
Celtarum pauci:Claſſis at orba Duce:
Hic præfectus.n.capitur:qui ex agmine ceſſit:
Pugnando excuſſus fortiter eſt ab equo.
Iu. Hoſtibus illata ſuperatis ſtrage:Philippus
Victor ad incœptum ſe reuocauit iter:
Cum deſcendiſſet Saxonius exuperato
Ille iugo:cœpit ui grauiore premi.
Pa. Porciferæ uallem ſimulac intrauit:agreſtes Porcifera fl.
Montanos aditus præripuiſſe uidet.
Anguſta & ſterilis uallis:tergumq; premebat
Hoſtis:cui fuerant plus iuga nota:ligur.

Iu. Maxima cum magno torquebant ſaxa fragore
Ingauni:ſi quis prætcriiſſe uelit.
Pabula quærentes pudet haud occidere Gallos:
Incola Montanus more latronis agit.
Pa. Dux tamen haud animo demiſſo Gallicus ibat:
Inſtructas acies ordine:ut ante:tenet.
Hortatur cunctos:ingentia præmia:laudemq;
Famam:atq; imenſas hicquoq; ſpondet opes.
Iu. Non:alii ut tegerent alios qua parte:dabatur:
Conſerto aut raro milite pugna ferox.
Fāes maxīa
Tanta fames orta:ut radices ac ſimul herbas
Mandere cogantur:res miſeranda nimis.
Pa. Hoſtibus ex ipſis:in tot:plærique cadebant
Erumnas:quærunt cum ſine lege necem.
Nulla ſequebantur nudi uexilla & inermes:
Gallorum pauci uulneribus pereunt.
Iu. Illa trium Annonæ penuria ſæua dierum
Perſtitit:Incultis ac fera pugna locis:
Alexandria
Donec Alexandri deſcenſum ad mœnia terni
Præſulis:atq; Aſtæ ſat propiora:fuit.
Pa. Charolus interea totis legionibus Aſtam
Venit:& hac poſuit præſidium urbe tenax.
Epirota leuis collectus:ab hoſtibus agmen
Regale haud potuit commutilare nimis.
Iu. Magnus Triuultus: Domus & Triuultia:Regi
Succurrunt:& clam plurima dona ferunt.
Pabula ſuppeditant:frumentaq;:lumine dignos
Triuulti qui ſe ſe magis eſſe putant,

Pa. Ergo per Astenses:per montanas quoq; gentes:
Cum toto positis agmine præsidiis:
Quod iussa ac Impartita statione locat ut:
Taurinum petiit Rex:Proceresq; sui.
Iu. Cherium & innumera uenit stipante caterua Cherium.
Lictorum:assistant qui lateri usq; sacro.
Subsidia ex Gallis Rex expectauerat illic:
Huc & ab Heluetiis iam peditatus eat.
Pa. Ludouico uult:& qui Princeps extitit Astæ: Aurel. Dux.
Dux Aureliacus:Rex dare mitis opem:
Ducere & in Venetos acies ulturus iniqua
Omnia:quæ passa est Gallia in Italia.
Iu. Obsessum uidit tunc pressa Nouaria tantum: Nouarie obsessio
Cui debebatur sacra corona:Ducem.
Vndiq; uallarunt hanc Mauri exercitus urbem:
Necnon Adriacus:Flos Italusq; simul.
Pa. Mensibus illa tribus perstans obsessio ciues
Affecit miseros:milite:peste:fame.
Ludouicū expediat:pacē minus optat honestam
Charolus:hinc alpes transit:aditq; suos.
Iu. Interea Regnum defecit Parthenopæum.
Alphonsi natus regna parata subit:
Hic Ferdinandus periit sine prole:relicto Ferd. iunior rex moritur
Tunc Patruo:nomen cui Federicus erat. Federicus patruus rex
Pa. Victus Aragoniis Atellæ deditur hostis. Atell.
Hostia Belgiacis unguibus eripitur. Galli Victi. Hostia.
Pontificis genibus procumbit in urbe Menaus: Menaus hostiæ pfectus.
A Gondisaluo captus ut arce fuit.

Charoli regis mors.
Lud. xii. rex creatur.

Iu. Fata uolunt:his ex rebus quod Charolus imis
Cederet:in cuius Ludouicusq; locum:
Suffectus Rex est:& cunctorum ore creatus:
Protinus atq; acies duxit in Italiam.

Pa. Vt Mediolanum sibi consequeretur habendum:
Præmisit nostrum:cui data castra:Ducem.
Dux simul ac Iacobus agros pertransiit Astæ:
Nutauere urbes:oppida:rura:domus.

Iu. O quam felices multos:quos transeo prudens:
Triuulti pacem si tenuisse uelint.
Iactant dum nubes equitum:peditumq;:fugati
Hoc Duce sunt regno:capta superba cohors.

Alexādriæ & Mli dedítio

Pa. Cepit Alexandri uix mœnia nomine dicta
Pontificis:prima urbs deditur Insubrium.
Vt Mediolanum se dedidit:ecce recessit
Maurus ab Imperio.Maurus ab urbe sua.

Arx Iouis capit a Gallis.

Iu. Arx Iouis hinc sine tot tormentis deniq; capta est:
Dux:& Rex intrant mœnia Ludouicus

CurtiusBernardinus.

Non labefactandam curauit Curtius arcem:
Esset ne sumptu post reparanda graui.

Arcis Iouis descriptio.

Pa. Turribus hæc ualidis sex munitissima surgit:
Fossa ambit muros:atq; perennis aqua.
Interiore:minor non expugnabilis extat:
Sint defensores:Arx quoq; circuitu.

Iu. Ad longum spacium triplices tellure meatus
Conduntur:per quos rumpere turma potest.
Arcibus his bimus uictus fuit:atq; reposta
Arma:quot instruerent milia:bina uirum.

Pa. Hic Tormentorum duo millia:quattuor amplæ
Bombardæ:uanus proditione labor.
Munimenta uidens Rex talia:protinus inquit:
Vah propugnassem hunc sæcula multa locũ.
Iu. Sfortia Franciscus firmas has condidit arces. Fran.Sfor.
Oppida cum populis dedita cuncta suis.
Præterea ligures se Regi supposuere.
Ex pacto Venetis pulchra Cremona datur. Cremõa daŧ Venetis
Pa. Et quia nequaq̃ uictoria parta cruenta:
Gratandi causa Regulus omnis adest.
Quæq; suos Oratores urbs Itala misit:
Obtulit atq; omnis:quas habuisset opes.
Iu. Omnibus Insubrium pacatis ordine rebus:
Triuulto moles tota regenda data est.
Vrbs Mediolani post quartum:non sine damno: Triupl.Guebernator Mli
Mensem:defecit Regis ab imperio. Rebel. Mli.
Pa. Ecce regens Iacobus:habẽsq; in honore Penates: Oro Triuul. ad populum Mediolãẽsi.
Supplicat:Heu tantus ne sit in urbe furor.
Gallica:dicebat:non nota potentia uobis:
Ne facite:heu pœnas quam uereor dabitis.
Iu. Proposito uoluere suo perstare Rebelles
Insubres:quos:post talia:pœnituit.
Profuit inde parum tam sero pœnituisse:
Nolleq; Triuultum credere uera loqui.
Pa. Maurum Germanis accersere maluit oris
Vrbs hæc:& fratrem protinus Ascanium: Maurus a Germãia reuocatur.
Quam Regem retinere suũ.Pioh Quanta futuri
Nox animis hominum:quantus & error inest.

Iu. Est Ferdinando permissa Calabria regi
Cantabrico: simul & Daunia sicca: fero.
Cætera gallus habet: concordia talis utrunq;
Connexum potuit non retinere diu.
Pa. His pactis reges adeunt sua cominus ambo.
Gallorum turmis restitit urbs Capuæ.
Mœnia supplicium gallis capuana dedere:
Parthenopen qui mox obtinuere nouam.
Iu. Insula suscepit Federicum Aenaria: nostris
Ischya quæ fertur roborē: temporibus:
Inde piis genibus gallorum regis inhæsit
Incolumis: lustrum cernere nec ualuit.
Pa. Finibus ut regni contentio dira coorta est:
Succubuit Gallus uictus ab hoste ferox.
Fit Gundisalous dux Ferdinandus Iberi
Agminis: obsessus qui Baruli fuerat.
Iu. Tam constans animo fuit: ut post obsidionem
Maiores gallos fuderit ipse minor.
Pro regem: atq; ducem uitam exhalare Nemurci
Compulit: & multis Palma uagata locis.
Pa. Virtute: ac armis effulsit: deinde periclis
Expositus uariis uictor ubiq; fuit.
Donec Parthenopem: uicatim & cuncta subegit:
Et iuris facta est arx superata sui.
Iu. Cantaber: eiecto muroq; & ponte: necauit
Custodes arcis: compedibus ue dedit.
Relliquia Senonum Caietam urgente redacta
Hispano: dantes terga: fuere: duce.

Capuæ clade affecta

Aenaria Ischya

Gōdisaluus. Ferd. Barul.

Nēurci dux m. titur.

Caieta

K

Pa. Obsessis armatorum sunt milia gallis
Missa decem: belli machina multa simul.
At Gundisaluus: quãq̃ uenientibus esset
Occurrendi animus: maluit ille moram.

Fabius cunctator.

Iu. Maluit arte trahi Fabiana praelia: nullo
Sanguine; quam fatum praecipitare suum.
Quod dubio procul euenit: nãq; ultima passi
Belgae se Hispano supposuere duci.

Pa. Frustra expectabant galli: succurrere uellet
Subsidium: metus hinc magnus & inde fuit.
Ergo qui montem uicinum ascenderat urbi
Caietae: foedus deditionis init.

Orlãd° mõs

Iu. Dedita cantabricis Caieta Aeneia turmis:
Totaq; Sicani littoris ora breui.
Pro Ferdinando Ferdinandus regit alter
Gundisaluus: ubi regia Parthenope.

Caietae deditio.

Pa. Absente amissa est Iacobo haec: horridus hostis
Hispanus postq̃ miles ad arma ruit.
Infausto bello deuicta est gallica turma:
Hoc litis: tu nunc Gariliane probas.

Liris Garilianus

Iu. Interea Venetos rumpentes foedera rupit
Abdua discurrit lympidus amnis ubi.
Affuit huic regis maiestas mystica bello.
E Venetis captus dux fuit: alter abit.

Venetorum clades apud Abduam

Pa. Agminis Adriaci ductores ambo fuere:
Noluit Vrsinus conseruisse manum.
Nicoleo Vrsino placuit fuga: Bartholomaeus
A Liui dictus nomine primus init.

Pytilia.co. Barthol. Liuianus

Iu. Mandatū a Venetis:ne congrederentur: habebāt:
Irritata acies se retinere nequit.
Adriacus tormenta loco sua collocat alto:
Gallus depresso:factaq; strage uia.
Pa. Præcedebat enim totum Triuultius agmen:
His pugnans atq; his magnū animū ille dabat.
Euganeos pedites primum certare coegit:
Rex ubi traiecit gallicus amnis aquas.
Iu. Ignes:heu m iseras qui corripuere Triuili: — Triuiliani.
Rippaltæq; domos:signa relicta docent. — Rippalæ.
Brixia Ludouico claues tulit:& Crema:Regis — Cremæ deditio.
Inq; sui domini iura Cremona redit. — Cremona rapta uenetis
Pa. Mintius unde oritur:Benacus:deinde Sebinus — Mintius Benacus. Sebinus.
Defleuere lacus:fusus ut hoste cruor.
Dedere cum nollet sese Piscaria Regi: — Piscaria
Heu capta ab gallis non sine cæde fuit.
Iu. Ex pinnis multos collum pendere reuinctos:
Benacusq; rubras sanguine uidit aquas.
Patratum id facinus cunctas crudeliter oras
Terruit:ut nullus sit sibi factus obex.
Pa. Vrbs Verona cupit:simul atq; Vicetia Gallo — Verona Padua
Parere:& Pataui mœnia sponte sua.
Quare legatos regi misere precantes:
Vellet in obsequium continuisse suum.
Iu. Cunctis firma fuit sententia:si noluisset
Rex palmam:Venetis omnia capta:sequi.
Nam uetus Adriaci mutauerat incola ponti:
Actum de supero quisq; putare mari.

Pa. Sed quia seruandum fœdus cum Cæsare duxit:
Noluit hic fines transiluisse suos.
O utinam foret hoc: persæpe Vicetia dixit.
Iidem Antenoridæ talia uerba sonant.

Vicetia direpta.

Iu. Diripienda datur uincenda uicetia nunq̃:
Vrbs Patauii pressa est obsidione graui.
Malebant sub Ludouico quam Cæsare uitam
Viuere. Clauigero fœdera iuncta patri.

Fœdus cum Iullio pōt. & Lud. rege
Arcus Triūp.

Pa. Nunq̃ Anthenoridas potuit compellere Cæsar
Dedere se: belli faustus in arte parum.
Sunt Mediolani currus: arcusue: triumphi
Erecti: gestæ tunc monumenta rei.

Iu. Sæpius in turcas acies Triuultius egit:
Rarius in sacros numine Pontifices.
Hinc permissa fuit belli tibi cura gerendi:
Qui flos Ambasiæ: Charole: gentis eras.

Bonōia data Bentiuoli expulsi

Pa. Charolus hic fuerat: quo docta Bononia capta est:
Et qui Bentiuolos depulit imperio.
Felsina Pontifici fuit hæc urbs reddita summo:
Iullius Antistes urbe Secundus erat.

Fœdus rupit Iul pōt. cum Ludoui. rege
Niuiū copia

Iu. Ast ubi commouit totum prope Iullius orbem:
Vociferans Gallos pellere uelle feros:
Inq̃ niues altas cinctus iuuenilibus armis
Iuit: dux Natæ præstitit almus opem.

Charol. Am. Magn. magister motiē

Pa. Defuncto Ambasio: suffectus dux Iacobus:
Exuperans alpes tendit in Italiam.
Inter scorta uidens & lixas sæpe cohortes
Lasciuire suas: utitur arte ducis.

Iu. Trinultus:gelidas postq̃ pertransiit alpes:
Non patriam:uxoremq:uisere cura fuit:
Ni prius erepta est manibus Mirandula sacri
Pontificis:domina & filia facta sua.

Pa. Omnia frigoribus:glacieq; horrentia turpis
Fecit hyems:nunq̃ talis in orbe fuit.
Non acies poterant tentoria fixa tenere:
Nedum uitam asperam sub Ioue miles agit.

Hyems horrida.

Iu. Dedita Iulliacis fuit ut Mirandula turmis:
Præstitit obsessæ quando nec ullus opem:
Tanta hosti accessit fiducia:quod ratione
Belli posthabita:se superasse putet.

Mirandula

Pa. Altis fluminibus passurum incommoda Gallum
Plurima ducebat Iullius:atq; Niue.
Tanq̃ mutari nequeat fortuna:fugaces:
Ignauos Senones ac uocitare pigros.

Iu. Finitimas uillas exurere Iullius:agros
Vastare:agricolis diripere omne pecus:
Oppida diruere:& castella:tenere cathenis
Vinctum:si Gallus captus:& obses erat.

Pa. Robustus pater ille senex contemnere Gallos:
Laudibus in cœlum tollere deinde suos:
Hos natosq; Dei uulgo appellare:sed illos
Infestare sacra dirum anathema prece.

Iu. Ipse erat in castris:ueisabaturq; maniplos
Inter:ut in bello ductor obire solet.
Nunc hortabatur:nunc cor faciendo monebat
Pugnandum Christi relligione:fide.

Oratio Iullii pont.ad milites.

Pa. Totius Italiæ pro libertate:ferebat
Filioli electi currite ad arma feri.
Hæc intemperies insueta uel aeris:alta
Nix:glacies:summo sunt data signa Deo.

Alpes quare oppositæ.

Iu. Portenta ad Senones arcendos limine pulchræ
Italiæ nobis cælitus eueniunt.
Vltra alpes Gallos imbelles ergo fugate:
Natura opposuit:barbarus absit:eas.

Pa. Frigoris impatiens mollis gens:atq; laboris:
Iam fugit:& domibus sparsa ubicúq; latet.
A christo me seruatum scitote tonante
Vero:pellatur Gallus ut ab latio.

Iu. Italiæ assertor sum debellando superbas
Gentes:excusso seruitioq; graui.
Barbariæ fœda:quæ culmina sacra premuntur
Sedis apostolicæ:dissoluenda metu.

Libertas.

Pa. Præmia polliceor me uobis magna daturum:
Idq;quod exuperat quæq; metalla:bonum.
Ac cui præsentis:necnon promitto futuri
Aeternam uitam:quam paradisus habet.

Pondenum.

Iu. Pro nobis pugnante Deo:uictoria certa
Militibus dabitur:nec dubitanda:sacris.
Castra ad Pondenum sunt pontificalia fixa:
Lætabunda fuit quando Tiara triplex.

Pa. Cuncta parat:quibus urbs cingi Ferraria possit:
Iullius:Endano stant Venetæq; rates:
Postq̃ urbem hanc ingens exercitus ambit uterq;:
Bellorum Magnus conuocat ecce duces.

Iu. Decretum:uicina Pado loca ui capienda:
Pabula nulla hosti:nullaq; præda foret.
Et quia frumentum decrat regionibus illis:
Dux iussit Naues urbibus Eridani.
Pa. Ticenum castris regalibus:atq; Cremona
Succurrunt:prodest populiferq; Padus
Vecta Placentino per aquas annona colono
Commoda iumentis:commoda deinde uiris.
Iu. Omnibus ad bellum ducendum rite paratis:
Educi turma. e statione iubet.
Ad loca iam castris sic designata profectus
Munita aggeribus fluminis ille Padi.
Pa. Læua parte Forum:quæ nunc Ferraria fertur: Forum olim ferraria.
Tendenti:loca sunt hæc madefacta Pado.
Dextra stagnantes undarum parte paludes
Hostem arcentillum longius atq; mouent.
Iu. Huc ubi peruentum est acie triplici ordine structa: Tripl. Acies.
Obstitit:aufugiens hostis ab hoste:nihil.
Hostia Sculternæ custodit retro Cabana: Iacobus Gabana Sculterna
Et secum peditum milia quinq; trahit.
Pa. Mille sagittiferi cum quingentis Cataphrattis:
Ne circumueniat tergo inimicus:erant.
Ad quintum decimum:est ubi Carbonaria:liquit Carbonaria.
Triuultus lapidem:teq; Cabana ducem.
Iu. Triuultum Reuoli Theodorum:& ad hostia sistit Reuolum Theod. Triuul. Pannar flu.
Pannari:in medio constituitq; loco.
Milia dena equitum Theodoro sunt data:Magnus
Stellatam reliquo milite primus adit. Stellata.

Pa. Illic consedit Triuultius induperator:
Distabat passum millibus hoste tribus.
His annona locis potuit concurrere captis.
Iullincis Veneti iungere se nequeunt.
Iu. Imperat interea cunctos existere in armis:
Seruari excubias sedulitate iubet.
Nunc speculatores dux curat habere frequentes:
Omnibus excellit nunc uigilando suis.
Pa. Non patiebatur uinci ullo posse periclo
Corpus:saeuicia frigoris:aut animum.
Naturale cibi:potus quoq;:Magnus habebat
Dux desiderium:sobrietate sua.
Iu. Nunc exhortari:nunc castigare:monere:
Nunc illis placidus:nuncq; seuerus erat.
Hostiles uetuit cursus.subitasue rapinas.
Vult Triuultiadas miles habere duces.
Pa. Obsidione fuit Ferraria libera facta:
Triuulto summus connumeratus honos.
Ocyus magno Mirandula patre recepta:
Et Natae data:cum Iulius inde fugit.
Iu. Interea Heluetii Magno misere querentes:
Cogi se multos rege mouere:uiros.
Inq; fide tamen hi spondent perstare paratos:
Dummodo iactura:& uis reparata foret.
Pa. Rettulit horum unus:nobis exhausta iuuentus
Bellis transactis continua arma gerens.
Prole parens orbus:proles orbata parente:
Vxores uiduae coniugibusq; carent.

Ferraria & Mirandula liberantur.

Heluetiorũ qrella & Ora tiuncula.

Iu. Nuncius est contra ius gentis publicus orco
Demandatus:at hæc uis redimenda manet.
Non nisi noxa potest redimi grandi ære:profectus
Huc sum tot lites compositurus ego.
Pa. Postq̃ legatos dux læta fronte recepit:
Respondit paucis:eloquioq; graui.
Nomine Regalis:non paucas:gens mea:grates
Maiestatis ago:Veneris hoc animo.
Iu. Reddimus & grates:quod sedatura tumultus:
Ex tam longinqua nos regione petas.
Certior ab nobis fiet rex ocyus:ultro
Citroq; dispositis currere semper equis.
Pa. At bene non facitis(dictum sit pace benigna)
Vos:ictum fœdus rumpere uelle:bonos.
Ludouicum in regem nunq̃ sunt arma mouenda:
Cui nulla ascribi culpa notanda potest.
Iu. Non succensendum Regi:si florida pubes
Sit consumpta:neci si datus ullus erat.
Quadam sorte puto:uos infortunia tanta
Vallasse:& fieri non potuisse secus
Pa. Primis ordinibus non uos obiecimus hosti
Nos ex composito:sors mala uestra fuit.
Aegre ita rex uestram cladem tulit:atq; suorum,
Integra militibus styps numerata suis.
Iu. Quare non fieri potuit:tot strage uirorum:
Quin inter cæsos quis spoliatus erat.
His dictis abiere parum læti urbe Seduni
Plena quibus nummis nulla crumena data est.

Triuul. Responsum.

Pa. Liquere Heluetii montanas deinde latebras
Egressi planos inque ruere locos:
Varisium: multos ac uicos diripuere:
Est Mediolani fossaque tacta metu.

Iu. Profuit iste parum tamen illis impetus: ignis
Qui uelut e culmo; uanaque flamma fuit.
Vtrum hostes hos pacarit Triuultia uirtus:
An mansuetudo uicerit: est dubium.

Pa. Felsina Bentiuolos reduces studiosa recepit:
Brixia tum gallis depopulata fuit.
Sanguineas Rubiconis aquas uidisse: Rauennam:
Pontificemque sacrum subdubitasse ferunt.

Iu. O quot ductores tunc Fussius ille Nemurci
Dux audax stygias iussit adire domos.
Charolus ille tamen: qua capta Bononia primo:
Ante obitum meruit Pontificis ueniam.

Pa. Nam Mediolano tunc interdixerat urbi
Iulius: & cunctis hostibus orbe suis.
Diuinos templis hymnos audire sacratis
Ne possent: uetuit fulmineisque notis.

Iu. Inter purpureos fremeret cum schisma galeros:
Pontificem sacra ponere sede uolens:
Aucta magis summi fuit indignatio patris:
Iniuste: aut iuste: qui metuendus: agat.

Pa. Exemplum cunctis est: Christos esse tuendos:
Et formidandum pontificale pedum.
Quamuis cymba Petri uideatur in aequore mergi:
Attamen hanc nunquam deserit ipse Deus.

Margin notes: Heluetiorum eruptio. — Varisium. — Bentiuoli in Bononia recepti. — Rubico. Rauenna. — Fois moritur — Interdictum — Schisma

Iu. Quantum displicuit Triuulto sumere bella
In clerum: contra Pontificesq; sacros.
Sanguineas maculata manus crudelia corda
Quantum sublimi displicuere duci.
Pa. Tertius & decimus: quo Gallia rexerat: annus
Completus nondum: pellitur ut: fuerat. Galli ab Italia pulsi.
Heluetii Gallos debellauere: Seduni
Præsule Matthæo: quo duce: palma fuit.
Iu. Pontificis legatus erat Matthæus Iulli:
Cui data uincendi gloria: summus honor. Matthe. Car. Sedunen.
Brixia gallorum postq̃ uim passa: Rauenna
Direpta &: Senones succubuere feri.
Pa. Causa alia est: pedites nullos habuisse paratos:
Turpiter hinc illos proripuisse fugam.
Vna sed hæc ratio melior mihi nempe uidetur:
Sunt uicti: quia tunc non Iacobus erat. Io. Iacobus Mag. Triuul.
Iu. Crede mihi Pallas: nunquã crudelia uidi
Permansura diu: sed ruitura breui.
Interea pulsis his Sfortia Maximianus
Vult Mediolanum: mœniaq; alta Iouis. Maximia. Sf.
Pa. Legatis idem ingreditur comitantibus urbem:
Anglia quos dedit huic: ultima & Hesperia.
Iullius: Heluetii: Romanus & induperator
Transmisere suo in fœdere participes.
Iu. Vix Iouis arx capta est: quam supra: fortiter: annũ
Galli seruarunt: obsidione: fame.
Quanta fides horum: paucos ego censeo fidos
Sic fore: cum nusquã sit mihi tuta fides. Maxia. Gallorum fides.

Pa. Galli transacto niueis ex alpibus anno
Descendere malis rursus & auspiciis.
Gallos Heluetii uicere: Nouaria testis:
Arx est postremum dedita celsa Iouis.

Galli Victi apud Nouariam.

Iu. Excusandus erit mihi nunc Triuultius Heros:
Gallia si prædæ tradita sitq; neci.
Præerat enim cunctis legionibus alter: & hostes
Contemnens pœnas gallica turma dedit.

Tramol. ductor exercit.

Pa. Vidit in imperio tris annos Maximianus:
Ac totidem menses: uictus: & Heluetii.
Est Mediolanum conflictus huius acerbi:
Atq; Melegnanum testificata fides.

Maxim. Sfor. uict. cō Heluetiis

Melegnanū.

Iu. Heluetii nunq̄ uisi dare terga dedere:
Gallus ubi montes transiit Aerios:
Qua nunq̄ Alcides superauit: & Hannibal alpes:
Solus Franciscus repperit hac aditum.

Fran. rex Fra.

Pa. Rex nouus iste nouas artes: noua pectore uersat
Consilia: atq; senex huic Iacobus adest.
Ergo narremus paulo diffusius ambæ:
Quonam Franciscus uicerit iste modo.

Iu. Vsæ progenies alti Iouis: oro fauete

Iunoni:imprimis Clio: & Apollo:deæ. *Inuocatio Iunonis Clio, Apollo*

Hactenus auxilium non implorare necesse:

Remige per ualido nunc mea puppis eget.

Pa. Perge nouum doctæ carmen dictare Mineruæ:

Vtq; soles rursus Calliopea faue. *Calliope. Inuocatio etiā mineruæ*

Pierium decus est:populos memorare:ducesq;

Venit & in Latium Gallia quanta solum.

Iu. Sanguineis redimita comas:nec fronde uirentis

Ad portus fidos dirige Musa ratem.

Ne te pœniteat cunctas reuocare camœnas:

Reginæ faueant:ex Helicone precor.

Pa. Dicam acies:dicamq; duces:dicam aspera bella:

Vtrinq; ab Gallis:Heluetiisq; data.

Tu quoq; Magne faue:uictrici in prælia dextra *Magnus inuocatur*

Pallada duc:tua sunt munera quæ canimus.

Iu. Successor soceri Franciscus iunior Alpes: *Narratio.*

Lætus inaccessas Rex superare cupit.

Magnanimi Heroes inquit:patiemur inultum *Oratio Fran. Reg. ad proceres.*

Ludouicum uobis & mihi quippe patrem?

Pa. Non ita:nam socios Proceres uos cerno laborum

Nostrorum:&:Gallis quæ bona:laudis erit.

Perfida turba diu:nostras pepulisse cateruas:

Se impune Heluetius iactitet ecce ueto.

Iu. Est animus mihi:sunt & opes:sunt fortia bello
Pectora:quæ Latium iam subitura solum.
Ora tegam quáuis uix dum lanugine prima:
Consilium medio nos tamen hoste iuuat.
Pa. Certa animis stetit hæc cunctis sententia bellum
Indici Ausoniæ:regia uox placuit.
Triuultus profugus:Laurentis & o decus agri
Egregium:Regi consulit:huicq; fauet.
Iu. Militiæ uoluit Rex impartire labores:
Borbô. du- ctor exercit. Borboniusque equitum deinde magister erat.
Regia progenies:nulli cessurus auorum
Charolus:& quasi rex omnia castra regit.
Pa. Fama uolat:tegmen pars impenetrabile:pars &
Thoracem:hic arcus:illeq; gesa parat.
Altera flectit equos:frœnis & uincit:anhelos:
Pars aptat pharetras:pars gladios acuit.
Chronogra. Veris aduentus. Iu. Frigora pulsarat iam motum flamine cœlum
Threicio:uarius flos quoq; prata tenet.
Progne:Philomela. Iá querulos cantus Progne:& Philomela canebát:
Cum Mauors uectus sanguineo axe uolat.
Lanzôl dux Catalogus Equitú Gal. Armorici. Pa. Primus init bellum cœptum Alenconius Heros:
A prisco regum sanguine lumen habens.
Hic lata populos dux sub ditione gubernat:
Armorici fines qua posuere suos.
Iu. Armoricos res cognouit Romana fideles
Olim:regnarent heu licet urbe Getæ.
Getæ Borboniús duxit duras in prælia gentes
Bou Ligeris Boiorum:Ligeris qua fluit unda leuis.

Pa. Agmina Boiorum:rursus minitantia rupi
Tarpeiæ:quisquis uiderit illa:putet.
Dignus Borbonius:cui regnum credere.possis: Borbonius
Tanta huius uirtus:tantaq; fama ducis.
Iu. Affuit auratis rutilans Vandomius armis: Vãdomius& Paulus eius frater
Germanus Paulus cui datur ille comes:
Sublimes in equis:efflant qui naribus ignes:
Terribilem hinnitum summaq; ad astra ferunt
Pa. Maxime dux:armat cuius Lothoringia pubem: Lorenæ dux
Versibus indictus tu nec abito meis.
Felices sulcas agros:pinguemq; Mosellam Mosella
Piscibus:albentis dulcie atq; salis.
Iu. Causa salam populos fluuium dixisse probauit: sala fl.
Quorum deuincit Morta opulenta Tagum. Morta
Fauste ducem mittis Sabbaude;Salutius:alto Sabbau dux Salut. Mar chiò & Mõt. fer
Montis Ferrati & Marchio uenit equo.
Pa. Claudius hos sequitur necdum lanugine prima Claud Guiss.
Guisius obtectus: fortis:equoq; potens.
Hic consanguinei laudes ingentia facta
Mennapu extollit uel memoranda ducis. Mẽnap.Gal thẽ.dux La utrech.
Iu. Consiliis Heros(q; potens Lautrechus in armis:
Cui Mediolani subiicitur onus:
Extabat sublimis equo:suaq; agmina lyncæis
Perlustrans oculis:omnibus ardor erat.
Pa. Millia delegit:quot sæui Vasconis agro Vasco.Aqtã.
Spectat Aquitanus:ductor hic arma gerens:
Quem sequitur frater parili Lescunus honore Lescun
Bellorum fultus:gaudet & ense suo.

Tramol.

Iu. Canicie insignem te conspexere uerenda
Tot bellis:prudens: Tramoliaq; grauis.
Fortunate senex:ni parcæ stamina rumpant
Nato:gallorum spes:ubi firma manet.

Boisi. Boniuet. Villæ dńs.

Pa. Arma capis:Boisi francorum Magne magister:
Tu Boninete huius frater & arma capis.
Gloria belligeri:dux Villæ:prælia Martis
Ingressus:cessit rege nec ille procul.

Paliffa.

Iu. Quis te carminibus memorem dux almæ Palissa:
Te sensit diro Marte Rauenna uirum:
Sensit & inuictum:te Brixia mente rebelli:
Expertus quáuis Abdua fulgur idem.

Niuernius. Vbignin. Eberar. Pyrenei.mõt Bernius.

Pa. Hinc agitant frendens comes ille Niuernius: acres
Hinc Vbigninus:mox Eberardus equos.
Bernius & uenit princeps insignis honore:
Qua Pyreneis montibus ora subest.

Iu. Bernius hic celebrem conuallem armauit:abunde
Ex quo cæsa acies:Charole magne:tua est:

Poniremo.

Hæc duce Poniremo Pippinnia uicta Picardis
Fortibus:illata morteq; congemuit.

Ascatheon. Suna.

Pa. Burgundi fortem bello Ascatheona dederunt:
Constantina uident qua prope castra Sunam.

Lemonici. Boneuel. Lauatel.

Lemonicum præfectus adest Bonéuellius Heros:
Exundas rippas qua Cauatelle tuas.

Rocella. Buffius. Telamon.

Iu. Subiectum pelagus prædictis latius oris:
Et dominata:simul dicta Rocella:uidet.
Bussius est:páret cui bombea machina:tristi
Fronte necis signo:cum Telamone fero.

Pa. Additur his pariter mæsto Imbelcurtius ore: | Imbelcurti⁹.
Quis hoc conflictu mors data sæua fuit.
Lacletus: Sanalerius: sequiturq; Biardus: | Lacletus. Sanalerius. Biardus.
Flos equitum tota qui fuerant acie. | Io. Iacob.
Iu. Nec minus insubres: quorum Triuultius Heros | Magn. Tri⁹ uul.
Est caput: immiscent se profugisq; suis.
Carmine sat nostro nunq̃ laudatus: obibat
Agmina cum Magno patre Camillus ouans. | Camil. Tri⁹ uul.
Pa. Te Theodore: tuæ dignissima gloria gentis: | Theod⁹. Tri⁹ uul.
Cum Triuultiadis sentiet Heluetius.
Gens tua non Fabiis est concessura: nec alto
Scipiadum generi: militiæ arte noua.
Iu. Scutifer & Magnus Galeatius ante secutus: | Magnus. Scutifer. Galeatius.
Cum quo germanus Iullius ille fuit. | Iull. Seuer.
Venerat & bello fortis Tornouius: Arsus | Tornō. Ars⁹
Ludouicus: Sequitur quos animosa cohors.
Pa. At uos anguigeri fratres cum sanguine pœnas | Sacramorus
Poscitis a turba: qua Sacramorus obit. | Barnabos. Hector. tho
Deserere haud unq̃ Regis diadema uolentes | Pallauicinus
Venistis: uestris dissimiles nec auis. | Vice co.
Iu. Sunt Mediolani qui præsunt arcibus ambo: | Castellā. Mñ
Matthæo paret Lingerio illa minor. | Math. M Lingerius.
Mondragonus habet maiorem Antonius arcem: | Autonius. Mondragō.
Est his Francisci multa reposta fides.
Pa. Regia sectatus uexilla Chiandeus: æqua | Capi. iusticie
Iusticiam rectam qui bene lance tenet. | Chiandeus.
Omnes hi fortes Regalia castra sequuntur:
Atq; alii ornati nobilitate uiri.

L

Magn. Gancellarius. Antõi⁹. Pratus. Præses Sẽnatus Mĩ. Ioánes fylua

Iu. Pratus adeſt:triplicis cui demandata ſenatus
.Cuca:& Ioannes quo ſua ſylua uiret.
Quam bene conueniunt ſyluis florentia prata:
Ornantur montes:hiſq; duobus agri.
Pa. Pratus hic omnino poſthac Antonius alto
Carmine(in fallor mente)canendus erit.
Aptius Herculeis potes extorquere lacertis
Clauam:q̃ Prato iuſticiam atq; fidem.
Iu. Omnia de prato cunctis prodeſſe parato
Optima:multiplici floreq; ſerta fluunt.
Integer eſt Pratus:ſincerus:doctis:amicus
Vatum:munificus:relligionis amans.
Pa. Vtilis ut ſylua eſt:& delectabilis:omne
Præſes Ioannes ſic iuuat iſte genus.
Scriptorũ chorus omnis amãs nemus:optat opacã
Syluæ umbram:melius quo ſibi ſcribat opus.
Iu. Currite ſub ſyluam:quæ uos inuitat:amœnam.
Hiſtorici:uates:ſylua:uel umbra iuuant.

Papini⁹ Statius.

Scribite uos ſyluas:aliudue poema:Papini
More:dabit uobis materiam iſta ſuam.

Pax cũ Anglorũ Rege & ludouico rege xii.

Pa. Ingrediar ſyluam(ni fallor)forſitan:Anglis
Et dicam Gallos compoſuiſſe ſuos.

Minutius. Aurelinen. Fundan. Minut. Plini. Cæcil.

Gemma Senatorum pretioſa:Minutius ornat
Nunc Aureliacus Concilium ille graue:
Iu. Fundanum meminiſſe facit:cui Plinius olim
Prædixit faſces conſulis:ore ſuo:
Cæcilius:doctum fundanum hunc ſæpe uocabat

Laurentinũ

In Laurentigi prædia amœna ſui.

Pa. Regale exornant alii plæriq; Senatum: Frã.Lecharõ.
Lecharon:& Rubeus:Bussius:atq; leo. Frã. Rubeus brito.
Est Rochiella grauis uir:Marchiauellus & ille Petr.Bussi.
Prudens.Sunt nostri nec minus Italici. Leo Bellon9 Ioãnes Rochiella.
Iu. Augustinus adest Panigarola:uocandus Lud. marchi.
Iure Modestinus:seu pius ille Numa. Augusti.Panigarola.
Est & Facundus Gabriel Florentius alter Gabriel. Iorentius.
Arpinas:tantum manat ab ore melos
Pa. Castilioneos miratur curia binos: Stephan. & Hierony.Castel.
Huic nomẽ Stephão ẽ:Huic dedit unda sacrũ.
Angelus ingenio Syluaticus extat acuto: Io. Angelus Syluaticus.
In Regem cuius stat manifesta fides.
Iu. Turba senatorum fiat nunc missa parumper: Lauet.Falco.
Pauca lauetnatæ mentio:Falco simul. Normandiæ general.
Normãnus Quæstor Thomas:Sabbaudus & iuit: Thomas.
Quo domus a Ferri nomine dicta micat. Sabbaudus general.
Pa. Iaphredus Præses satus hoc sene:prole uirorum Sebastianus.
Qui felix:Nam tres bello obiere fero: Fer.Iaphred.
Brixia:Donati uetus ædes:hosq; Rauenna
Pro sacro armatos Rege dedere neci.
Iu. Mitto sacros apices.Felicior iste:Tribulis
Qué decorat:comes & Bartholomæus amat: Co.Barthol. Fer.
Huius Ioannes Ferrarius:optima proles: Ioannes.Fer.
Sarracho didicit:fons ubi pieridum. Sarrach.
Pa. Alter Ioannes:quo non humanior alter:
Pæ cunctis mihi non prætereundus erit:
Me Lugdunensis coluit Grolierius iste Ioãnes. Groliet.
Semper: amat doctoctos Aonidumq; choros,

Iu. Priuatis admirandus bona publica præfert.
Plus & amicitias: q̃ sibi quærit opes.
Est a secretis Francisci Regis: acuto
Ingenio: Quæstor primus & Insubrium.
Pa. Vatibus: Historicis: addit calcaria: cunctos
Scriptores fouet: his fertq; patrocinium.
Musurus: Stephãus Nigerq; Thylesius: Aldus
Lascaris: Arpinus: sunt mihi firma fides.
Iu. Non ullum prorsus scit detrectare laborem:
Dummodo communi consulat iste rei.
Munificum experti sunt plures munere digni.
Qui nulli impensæ parcit: ubi extat honor.
Pa. O inopinatam mortem: si uiueret Aldus:
Cui debet græca & lingua latina uiro:
Libros obscuros donaret luce: tapetis:
Deq; Triumphatis scriberet Heluetiis.
Iu. Sunt alii tamen orbe uiri: qui uota Manuti
Persoluent: quorum nomina dicta tibi.
Pausaniam: atq; alios tum græcos tumq; latinos
Subiecere tactis protinus ære typis.
Pa. His ego spem magnam pono: uel læta duobus:
Qui bene de latiis promeruere notis:
Aemilius Merula: & Marius Catanæus ad unguẽ
Facti: lenimen sunt mihi dulce duo.
Iu. Si commendandus mihi non Triuultius esset:
En per Ioannis ne mirã uela darem.
Aggrederer rerum clarissima gesta suarum:
Et uellem totos pandere diua sinus.

Musur. Stephan. Niger. Anton. Thylesius. Aldus Lascaris. Hyacint. Arpinus.

Manutius Aldus.

Pausania.

Aemilii Merula. Marius Catanæus.

Pa. Molitetur idem Tritonia. Quando uagatæ
Sat sumus: inceptum iam repetemus iter:
Hos similesue Ithaco dicamus: qui magis astu:
Robore quam Danais profuit: esse graui.
Iu. A diuerticulo repetantur prælia Gallo:
Inter & Heluetios sæua patrata feros.
Hoc & enim iustum simul & censetur honestum:
Bella Ithacos poscunt: & Telamone satos.
Pa. Pene sed oblitæ fuimus te Rusca: propinquum
Alcidem ueluti quem timet Heluetius:
Tu Iuga: conualles sceptro moderaris amœnas:
Ticini nitido qua latet unda lacu.
Iu. Verbanum dixere lacum: qua fronte lycarnus
Opponit prima se Heluetiis: ut obex:
Lucanæq; domus multa exornantur oliua:
Aemoniæ nemus hæc Tessala Tempe feras.
Pa. Venit & assumptis Gaspar Iuuenilibus armis:
Qui toties hastæ uictor honore fuit:
Vltutus fratrem: qui flore Hieronymus æui
Arconatus obit: e Sacramore uidens.
Iu. Crinibus intonsis primi Vene Sycambri:
Inuicto Pedites pectore: Duxq; simul:
Dux Galthensis erat sublimi uertice fulgens:
Quē sequitur mediū: et turba pedestris amat.
Pa. Finitimos aiunt longe regione Sueuis
Rhenum Galthenses exuperasse feros:
Hos olim dictos illic tenuisse Sycambros
Sedes: expulsis Indigenisq; suis.

Ithac.
Telamon
Rusca Hercul.
Verban.
Lycarnus.
Tempe.
Gaspar & Hierony. Arconatus.
Sacramor.
Catalog. Peditū Gallorū
Sycambri.
Galthē. dux

Venuli. Vahalis.

Iu. Signa ferunt Venuli: quos abluit inde Vahalis
Dum Rhenum partes diuidit in geminas.

Mosa.

Hi spectare Mosam labentem murmure leni
Possunt: urbs armis est celebrata feris.

Pa. Nuper enim Hispanos: Germanos: atq; Britannos
A muris populos hi pepulere suis.

Leige leodi.

Vexilla erexit Leige. Leodina: fuerunt:
Qui Latia dictos ab legione probent.

Eburones.

Iu. Romana hic legio: pulsis Eburonibus: olim
Consedit: capta est dum male Roma Getis.

Sequani.

Vrbem horum sequani: Germania: Gallia: cingunt:
Verba latina tamen: mos: habitusq; uigent

Agrippina. Aquitan. Nauar. Petr.

Pa. Tempus ad hoc etiam septe Agrippina recensens
Romanas stirpes: continuit populos.
Vertis Aquitanos Nauarre in praelia: & arces
Solus macceflas funditus arte teris.

Mõthironus Nusiburgius. Lorgius. Lamerius. Vascones.

Iu. His Monthironus: Nusiburgus: Lorgius hasta
Crudeli adduntur: Lameriusq;: Duces:
Vasconibus mixtas alioq; ex agmine gentes
Coguntq; ac summa dexteritate regunt.

Pa. Hos inter fulgens auroq; ostroq; decorus
Vectus anhelanti Borbonius stat equo.
Ordine disponit pedites equitesq; uocatos
Ad sua signa omnes: laeticiaq; uidet.

Iu. Ibat tota acies imas instructa sub Alpes:
Non uentos metuens: frigoribusq; niues:
Per medias audet nubes: & proxima coelo
Saxa: in planiciem mox penetrare Italam.

Pa. Fama per Allobrogum populos diffusa uagatur:
Gallorum aduentum nunciat illa equitum:
Iam cœpisse iugum:iam iam descendere Gallos:
Quot nunq̃ uidit Troia:nec Emathia.
Iu. Fluctuat huc illuc tunc Sforia Maximianus: Max imili.
Regnandi hinc amor est:hinc male tuta fides:
Tandem animo statuit:sortem tentare proteruam:
Nec leuiter regno cedere uelle suo.
Pa. Heluetii poterunt inquit:defendere regnum
Quod tribuere mihi:suppetiasq; rogat:
Arma citi capiant:percussaq; fœdera seruent:
Legati instabant protinus ore Ducis.
Iu. Promittit cupidæ genti legatio quantum
Hæc auri potuit:ne prior hostis eat.
Imperat en armis funesta pecunia cunctis: Pecunia.
Nulla fides:nec amor:pestis ubi ista manet.
Pa. Pagorum Heluetii Prætores Maximiano
Subueniunt:altis præcipitantq; iugis.
Vt gelidus Boreas media inter nubila quando Comparatio
Densat aquas:uibrat grandineasue pilas.
Iu. Prima uiris opibusq; potens descendere Berna Berna.
Audet:quod iuxta labitur Haro:.apud; Haro.
Duxerat atq; suas fortes Feriburgia gentes: Feriburgia.
Se iactans Gallos exuperasse leues. Ruffus.Vindex.
Pa. Ruffus.n.Imperii spectans insignia uictor
Vindicis:his oris atq; Serenna fluit. Serenna.
Se tua:Moratium:diffudit læta iuuentus: Moratium.
Vrbs celeri pugna commemoranda diu.

Charol. mag Pippini fili⁹.

Iu. Dum Ferus horriſonis Pippinnius intonat armis:
Vidit ſuſpenſos mile duci iuuenes.
Non impune tamen: ſyluis egreſſa repente
Eſt acies: qua Dux: copiaq; omnis obit.

Syluania.

Pa. Arma uiroſq; ſuis mittit ſyluania lucis
Cui Bacchus non eſt: nota nec ipſa Ceres

Pales.

Sola Pales armenta dea eſt per peſcua ſeruās.
Nec Suitenſis iners deinde ſecuta manus.

Siuiteu. liber tas.

Iu. Ex his Heluetiis libertas prima refulſit:
Sed dubium dicti nomine ſint ne Ducis:
Cladibus affecit uariis Pippinnia proles
Iſtos: qui montes uelle habitare ferunt.

Luceria.

Pa. Communes iſtis ſcindit luceria lymphas:
Quæ tantum dominos gaudet habere ſuos:
Hæc clarone lacu ualde laudata propinquo
Affuit. Huc etiam Gens Tigurina ruit.

Clalo lac.
Tiguria gēs.
Lyemagus.
Zuchia.

Iu. Iſtos amne rigat ſimul ipſe Lyemagus alto:
Virginibus parent gens Tigurina ſactis.
Zuchia deſeruit pubes quoq; bellica colles:
Submerſa eſt toties quæ propiore lacu

Pa. Turma leuis miſſa eſt: hoſtis qua parte ſiniſtra
Sederat: Heluetios prouocet arte rudes.
Præterea miſſus ſimulatus tranſfuga caſtris:
Vt credant Gallos hac penetrare uia.

Iu. Hoc moti Heluetii cuneos denſantq; phalanges:
Cenſent qua tantum per uia ſaxa tenent.
Anguſtas ſeruant rupes: hoſtemq; uenientem
In ſua fata: bonum poſſe fugare putant.

Pa. Interea Magno succedens agmine Ductor
Deuia perdubio cœpit abire pede:
Sidera uicino timuerunt uertice rumpi:
Terribilis uisu tanta fuit species.
Iu. Ista domus Boreæ est: gelidis ubi flatibus arctæ
Duratæ æternum permaneantq; niues.
Ausa ceres nunq̃ informes conscendere montes:
Tuq; tuas ueritus iungere Bacche tigres:
Pa. Declinant nymphæ syluas:& inhospita rura
Squalida:uel solui nesciat:stat glacies.
Perpetuis informis hyems tegit omnia nimbis:
Alpes naturæ dicito monstra fore
Iu. Si non Trinacriæ ptemerentur mole Gigantes
Portenta hæc essent quippe timenda deis.
Terruit hæc facies oculos:mentemq; repressit
Militis indomiti:uanus ut iste labor.
Pa. Sensit ubi:Ductor languescere corda suorum
Commotus nullo est ipse timore loci.
Sed uexilla manu coram rapit agmine primo:
Increpat & turmas:rupeq; deinde uocat.
Iu. Vos:ait.O nulli cedentia pectora ferro:
Nescia Mauorti uel dare terga Deo:
Scilicet o socii uos mollia frigora uincent:
Conspecta incutiet nix quoq; tanta metum:
Pa. Quid:si his armati starent pro rupibus hostes:
Pugnandum audaci pectore:& absq; metu.
Ille furor uester quo decidit:ardua saxa:
Oppositasq; acies qui penetrare facit:

Oro Borbõ.

Iu. Creditis esse alias alpes? sunt nomina tantum
Immutata: labor uincet: eritq; Decus.
Insubrium regnum merces est digna laborum:
Ferte citi: passu nec remorante: gradus.
Pa. His reuocat dictis animos: additq; uigorem
Corporibus: prima & cœperat ire acies:
Ala equitum leuis incœpit iam carpere montis:
Bombeus insequitur cumq; fragore sonus.
Iu. Montibus horribili minitatur uoce ruinam
Machina: ni Gallis dent sua saxa locum.
Hanc dominam ingenti curru per bella potentem
Mile trahunt Iuga: sed terra grauata gemit.
Prometheus Pa. Cælo subtractos auferre Prometheus ignes
Ausus: dat pœnas criminis ille sui.
Salmoneus. Iuppiter æternis damnat Salmonea pœnis:
Nunc impune homini fulmina sumpta Iouis.
Iu. Succedunt pedites: qui montes robore uincunt:
Ac animis: structi ceu fera pugna uocet.
Postremos claudunt equites: atq; agmina cogunt
Nix: glacies: rupes: iam resoluta trahit
Pa. Non unum mortis genus: ac non una pericli
Est species: homines: & moriuntur equi.
Alpium difficultates situs. Hic socium dextra dum subleuat: ambo profundã
In uallem iuncti rupe minante cadunt.
Iu. Fœda uirum passim strages: at maior equorum:
Qui nequeunt fixos heu reuocare pedes.
Mugitum ualles magnum effudere profundæ:
Quæq; repercussa est sylua uel alta sonat.

Pa. Alpicolæ ex antris exciti ſquallida promunt
Oraillitimpexi:ſemiferiq; uiri:
Decurrere iugis hi poſtq̃:põdere ſaxa
Deiiciunt uaſto:clamor ad aſtra uenit.
Iu. Hos inter uolitans noto Triuultius ore
(Nuſq̃ aberat)montes ſcindat ut arte:parat
Inuidit cælo ſpectans Tirynthius alto:
Et faſſus tanto uincier ipſe uiro.
Pa. Inſubres his ſexta domos feliciaq; arua
Compoſitis caſtris uertice:lux aperit.
Ima Hebroduni Gallus cum mœnia tangit: Hebrodun.
Terruit Eridani qui ſitibundus aquas.
Iu. Hos Hebrodunos poſuiſſe in montibus urbem
Teſtantur,Decimus ſol dedit ortus agios.
Tunc patuit:geminum quæ priſca Salutia nomen Salutia.
Coniunctis Salis dicta ſimul libycis
Pa. Poſtq̃ igitur planis poſuit ueſtigia terris
Burbonius Ductor:caſtra locat:e parat.
Membra iubet curare uiros defeſſa labore:
Viribus atq; animis prælia ſæua petant.
Iu. Lautrechum uocat hinc: pauli & uirtute Paliſſam Lautrech. Paliſſa.
Inſignem:uideant quid ferus hoſtis agat.
Explorent:poſſit quantas adducere gentes:
His pugnæ indicant ore minante Diem.
Pa. Quingenti hos equites:pubes electa: ſequuntur
Et Villamfrancam ſorte fauente petunt. Villa Frãca.
Felicem euentum promittens nomine Proſper
Venerat auxilio Sfortiaco ille Duci

Iu. Romani decus imperii:fortisq; columna:
Fortuna inuidit cui Die:Prosper erat:
Securus lætis celebrans conuiuia mensis
Captus hic(ah nimium)compedibusq; datur.

Prosper Columna capt.

Pa. Noluit hic Prosper reliquis Ductoribus unq̄:
Qui pertransierant:dedere se:ante Padum:
Ferrea sed Manica est tibi tradita:chare Palissa:
Quem mitem:placidum:nouerat esse uirum.

Iu. Vbegninus:& Imbeleurtius:atq; Brardus:
Non tanti:Prosper deditus ut sit eis:
Prosper se:quantum potuit:defenderat:illum
Expectans:Prorex qui sibi dictus erat.

Pa. Talis opima Ioui posuit qui tertia summo:
Bella uenusinus Dum mala poscit ager.

Marcel.

Postq̄ captiuus Prosper fuit:est sua letho
Tradita:Belgiacis aut spoliata cohors.

Iu. Quandoquidem fatis sic permittentibus:hoste
Captus es:o Prosper:quid tibi dedecori?
Dedecori non est:illis:& cedere Regi:
Quo non maiorem sidera celsa uident.

Pa. Vosq; Duces:data quis est tantæ gloria laudis:
Insignem:talem cepentisq; uirum:
Gaudete:& uobis ascribite parta Trophea
Huius:qui dextram porrigit heu miseram?

Iu. Hoc uno Prosper tantum lætare:Palissa
In proprias quod te uult habuisse manus.
Nonne putas alios captiuos hunc tenuisse?
Et Victis nunquam dedoluisse uiris?

Pa. Si pius es Prosper: nactus uirtute fuisti
Ornatum hunc: plenum uel pietate uirum.
Non hæc prima fuit uictoria: namq; Rauena:
Abdua: Verona: & Brixia: gesta probant.
Iu. Gallia commendat duplex: Iacobe Cabanne: Iacobi Cabanne.
Et Genua: astutum te fore: Magnanimum. Palissæ gesta Genua.
Cum Rex Ludouicus Genuam cõtenderet: Astu
Est usus: pugnæ duceret Heluetios:
Pa. Si non monte situm uultis conscendere uallum:
Saltem illum ad: dixit: me sociate locum:
Contenti Heluetii sumus: aiunt: inde coacti Vulnerať in
Pugnare: est ictus collo Iacobus atrox collo Palissa
Iu. Vallum acquisiuit Natus Milianus Alegræ: Milian.
Et tibi dilectus chare Palissa nepos: Alegra fil.
Admirabantur cuncti iuuenilia facta: Pollice Palissa uulnerať
Illum Romanos uincere quosq; putant.
Pa. Rursus apud fluuium: qui dicitur Abdua: pollex
Saucius est huius: dum caderetq;: Ducis.
Namq; Melegnano Bernardino iste receptus Bernardinus
Est fossa: cui mox plurima dona dedit Melegnan.
Iu. Illic dum Ambasiæ flos gentis præesset in armis: Charol. ãbas.
Duceret & læua parte Palissa manum:
Alæ quæ formam dabat: hostem intrare coegit
Pugnam tormento mox breuiore feram:
Pa. Sic Gallis parta est uictoria: captus & ille Barthol.
Liuianus: multi capti aliiq; simul: Liuianus.
Ludouico coram qui ducti Rege: uidere captus.
Coguntur Rhodanum: Belgiacos & agros.

Iu. Borbonii laus hæc fuit & quammaxima: fecũ
Dum ſtarent proceres: Italiciq; Duces.
Padua. Inuaſere hoſtes, miſſus quoq; Rege Cabannus
Ad pataui muros: extitit una ſalus:
Pa. Vna Cabanne ſalus Gallorum ciuibus extas;
Quos: niſi pugnarent Cæſaris arma: tenes:
Dum ꝑ Paliſſa ſedet Pataui prope mœnia: uallo
Vexillum impoſuit ſtrenuus ille nepos.
Cellius mõs. Lignagum. Iu. Cellius hinc mons: & Lignagum: eſt inde Paliſſa:
Cumq; aliis: captum, Dux dat opemq; foro
Ferraria olim forum. Hæc etenim optabat Ferraria firma Paliſſæ
Frater Leõaꝛdus uict. Auxilia: Antiſtes Iullius hoſtis erat.
Pa. Iſte Leonardum media de nocte ſubegit:
Bononia recepta a Bẽt. Felſina Bentiuolos fecit &: ut caperet.
Pontificis turmæ ferra reſonante fugantur.
Alexã. Bentĩ. Gaudet Alexander: Bentiuoliq; tui.
Iu. Bentiuolis: Iacobe: tuis ſuccurris: Iullo
Obſeſſis: fuerat Dux ubi Alegra bonus.
Gaſtho Fois. Secrete ingreſſus fuit urbem Gatthone Fuſſi
Principe: neſciret dum ſacra turba patris.
Pa. Epirota refert, Gallos intraſſe: neſcirent
Quod ni: oblata forent agmina cuncta neci.
Nauarrus Hic Nauarrus erat: quo forte cuniculus actus
Arte ſua: fruſtra ſed fuit ille minax.
Iu. Gallica Nauarrus cõtra artem Ars Gallica conſtat:
Miraculum Virg. Virginis oſtento mœnia fracta faciæ.
Aere ſublatus rediit tum murus eundem
Inquem deſtituit (res prope mira) locum.

Pa. Interea Venetis dum Brixia prodita:capta: | Lud. Aduocatus.
Aduocatorum sanguine Ludouico:
Magna fuit uirtus etiam manifesta Palissæ:
Et scalæ occisos insula dat Veneros. | Insula scalæ
Iu. Inde reuertentes Infelix Brixia Gallos
Vidit:ubi Fussi:tuqꝫ Palissa comes:
Dux & Alegra fuit.Castellum sed prope:uulnus
Accipis o saxis icte Palissa malis.
Pa. Ab Gallis capta est:& diruta Brixia mane | Palissa uulneratus. Brixia direpta.
Sunt hominum septem & milia cæsa decem
Omnes captiui facti Iuuenesqꝫ senesqꝫ:
Securus templis heu sibi nullus:erat
Iu. Andreas Senones euadere Grita nequiuit: | Andreas grita captus.
Regem adiit gelidas qui superando niues.
Maxima laus nostri Ducis est uulgata Palissæ | Palissæ integritas.
Cui non captiuus:preda nec ulla placet
Pa. Artitium iuxta Bustum Suitenisis adesset | Bustū Artitiū
Cum manus:heu tacta est læua papilla ducis,
Tunc dixit:uereor:ne Barbara Diua Palissæ | Pallissæ uulnus. scā Barbara
Indignata mihi sit:quia festa dies
Iu. Init & huc:Friolum dicunt ubi:turma Palissæ | Friolum.
Fortis:in auxilium Cæsaris:alta gerens.
Prædam asportauit Germanas illicet oras
Induperatoris non bene structa cohors.
Pa. Fœdera persensit Venetorum:ac Maximiani
Pontificisqꝫ simul:deinde Palissa sagax: | Taruisium.
Hybernum propter Tempus Taruisia linquit
Mœnia:quæ nequeant obsidione premi.

Georg. in locū impatoris

Iu. Veronam Dux hic uenit:comitante Georgi
Agmine Proregis: Cæsarei atq; probi.
Q uod cum uidisset primum renuisse Palissa:
Hostis ero uobis:ni sociatis:ait

Pa. Illuc debetis nos:unde:reducere Gallos
Sumpsistis:secus hac conficienda uia
Perfidia plenos uos dicam:uentreq; uestro
Transibo:uictos Brenta uidet Venetos

Brenta fl.

Iu. Nocte iter ingressus:Venetos:ui flumina tranans
Insequitur:Pataui mœnia ad usq; sui.
Hic capitur Rugus:soror est cui tradita clari
Olim Imbelcurti liberat hinc Venetus.

Rugus capt.

Pa. Q uam bene fecisset Dux Fussius ille:Palissæ
Consiliis uellet supposuisse tuis.
Hostes:qui se se munitos esse putabant
Aggere: Tormentis Dux Iacobe teris

Iacobus Caban. Palissa. Rubicon.

Iu. Labente extra urbem fluuio Rubicone Rauenam
Heu heu conflictus uisus acerbus:atrox
Agmen iam peditum præcesserat ecce Palissæ:
Cum se se exposuit Fussius ille neci.

Pa. Hic octingentos equites habuisse Palissa
Atq; alios pedites fertur:initq; prior
Postq̄ conflixit:Dux fortiter:orat Alegra
Succurrat:centum dat sibi mox equites:

Robert. Marchia.

Iu. Marchia ducebat bene fortes hosce Robertus
Fussius hac pugna:Dux:& Alegra:perit.
Vix exhalauit uitam Lautrechus:ad imos
Fussi defuncti qui cadit ecce pedes.

Fois morit. Lautrech. q̄ ß pedit.

Pa. Gallorum multi Ductores oppetiere:
Heu nimium palma hæc sanguinolenta fuit
Hispanus Prorex Raimundus uictus ab hoste:
Nauarrus peditum captus & est numero.

Raimmundus Cardona Prorex Hispaniæ uictus Nauarrus capitur.

Iu. A cunctis Ducibus delectus tunc Iacobus
Arso:Lacleto:Scutifero atq; aliis.
Dux egit:grates:urbs cui Ferraria paret
Laus danda est:inquit:tota:Palissa:Deo.

Iacobus Palissa Dux eligitur.
Alphõs Dux Ferrariæ.

Pa. Dux pius iste uolens urbem seruare Rauennam:
Milite truncatus pene Palissa fuit:
Iachinum Gallum:fuerat qui causa ruinæ
Tantæ urbis:morti tradidit en laqueus.

Iachin⁹ suspensus.

Iu. Huic Mediolani præbetur cura regendi:
Quamuis ad bellum multa tulere uirum.
Heluetium Veronensi regione uenire
Dicitur:ut sacro Pontifici det opem.

Gubernator Mli Palissa.

Pa. Fictio nota fuit:se coniunxere moranti
Hi Veneto:Gallos & pepulere feros.
Veronæ præerat Boncuellius:est data summa
Mutua nũ morum Maximiane tibi.

Bonouel.

Iu. Pontem peruenit uicum meus ille Palissa:
Littera Cæsareo uenit abusq; throno:
Hæc:ut discedant:nõ Paulũ instare Sycambros:
Hos dubiusq;Iacobe:tu ne sequare manes.

Ponsuicus.
Iacob.

Pa. Sunt Quidam:qui Ductorem uoluere Pallissam:
Qui te noluerint atq; Palissa sequi:
Qui uult sectari me:Gallica signa sequatur:
Qui renuit:ueniam dono:recedat:ait.

M

Leges.

Iu. Terna Sycambrorum sunt milia deinde secura
Sub Ductore loges:nuncq; sequuntur adhuc:
Regibus his semper donata stypendia fidis:
Q ui nunq̄ Regem deseruere sacrum.

Pa. Galli tum subito pulchram uenere Cremonam:
Ludouico Regi littera scripta fuit:
Se pugnaturos:pugnaturumq; Palissam:
Omnibus his donec uita remissa foret.

Papiā Galli reducuntur. Lud. Arsus. Galli in Galliam fugati.

Iu. Intrauere:suos se defensare putantes
Galli Ticenum:quis tulit Arsus opem.
Omnes coguntur pulcherrima linquere regna:
Sic alpes:gelidas transiluere niues.

Pa. Ergo pœniteat ne te meruisse Palissam:
Prosper:quo non est mitior orbe uiro:
Q uidnam hoc postremo conflictu fecit:omitto:
Nec qua arcem intrarit cognitione:sero.

Iu. Paruit haud unquam tellus:Nauarre:dehiscens
Tam tibi:quā:de quo nunc loquimurq; Duce:
Credin posse tuas artes superare Palissæ?
Falleris:ab summo natus hic hercle Ioue:

Genus Palissæ unde.

Pa. Deducit genus his a fratribus iste Paliscis:
Q uos genuit summo nympha Thalia Ioui:
Et ueluti quondam:placabilis ara Paliscis:
Sic uir placari tante Palissa potes.

Thalia. Paliſci.

Iu. Q uid memorē fratres:quorum alter deditus armis
Vandanesa:alter militiæ usq; facitæ?
Iaphredus patria referens uirtute Palissam
Filius:æterno Carmine uiuus erit.

Vandenesa. Palis. frater. Iaphred. Palis. fil.

Pa. Gallia lætatur:contra fortissimus extat
Sfortia:captiuus Prosper ut ipse fuit.
Heluetios frustra:ne gens transcenderet alpes
Gallica:Matthæus strenuus opposuit.
Iu. Mirabantur enim dicentes:numine diuum
Non sine Contingunt ista:sed Heluetii:
Deposuit titulos Suitensis turba superbos:
Includi exoptat montibus illa suis.
Pa. Vt medio fluctu puppis nudata magistro
Fluctuat:& pelago turbida sæuit hyems: Comparatio
Hinc atq; hinc illam Boreas extollit in altum:
Heluetios uideas sic trepidare metu.
Iu. Sola phalanx inuicta animis tum tardius ibat
Heluetium castris:nec dare terga uolens:
Verum ubi per latos hastilia cernere campos
Agmina permissum:castra secuta sua est.
Pa. Gallus ut in planum descenderat alpibus agrum:
Hostes insequitur:Cardineumq; Ducem.
Direptis terris:Clauasio &:ocyus illi Clauasiũ depredatum.
In patriam præda concomitante ruunt.
Iu. Corda uirum pugnæ flagrantia Phœbus amore
Temnit:se tingens protinus oceano:
Noxq; sequens ambas acies in castra reduxit:
Descendens latis Rex equitabat agris.
Pa. Heluetii prostrati animo uexilla tulere:
Leucothea ut nasci est uisa subinde polo:
Exposcunt pacem:cum Gallis fœdera iungunt:
Se seruaturos illa:citantq; Deos.

Pa. Ipse tuæ miserere urbis:belloq; lacesse
Hostes:misce acies:ossibus albet humus:
Innumeræ peditum tibi sunt equitúq; phalanges:
Heluetios uinces Rex dubioq; procul:
Iu. Hos inter quædam sunt leges:fœderaq; icta:
Dedamur Gallis:ni data subsidia.
Octaua his præscripta dies:patiare precamur
Has leges: Vrbs & nostra precatur idem.
Pa. Talia Franciscus Rex subleuat ore locutos: — Fran. Regis Respósum.
Et breuiter:Semper mens mihi talis:ait:
Vt uestram seruem:qua nulla est grátior:urbem.
Conabor semper:soluite Corde metus.
Iu. Dimisit lætos Rex:& promisit honores:
Triuultus patriam tendit adire suam:
Parua suburbanis secum contraxerat agris
Agmina:letitia haud dissimulata nimis:
Pa. Squallés barba senis Magnum attestata laborem:
Prospera Triuulto sint rogo:& ipsa quies:
Arce Iouis tutum se credens Maximianus:
Pro Duce concurrat uulgus ad arma:iubet.
Iu. Numinis illius qui Magnæ præsidet urbi — Vexillū diui Ambrosii Erectū a uulgo Mā.
Erectum est signum:uox geminata simul:
Quot gladios ferrugineos:hastasq; uideres
A populo sumi:sole latente metus:
Pa. Audiit hæc fieri Maiestas Regia uulgo:
Inde Melegnanum castra repente mouet — Melegnanū: Vaticiniū.
Fatidico uatem perhibent quandoq; locutam
Afflatu:stragem hac in regione fore:

Iu. Nocte faces uiſæ:uox exaudita:uiator
Qua tremeret:uix dum:ſubtraheretq; pedes
Tunc Mediolano Mattheus corde uirili — *Matthe. car. ſedunen.*
Succurrit:quamuis fata ſiniſtra nocent:
Pa. Milia compoſuit peditum triginta:paratos
Quos Mediolani tris tenuitq; dies.
Arua Melegnani tentoria Regis habebant:
Hoſtes dum glaties:longaq; tela parant.
Iu. Hoſpitiis tamdem ſe ſe effudere paratis
Heluetii:quorum mens male firma fuit:
Pectore ſi ueſtro:ſocii:foret inclyta uirtus — *Oſo car. ad Heluet.*
Illa antiqua:opus haud dicere:Præſul ait:
Pa. Si uos concordes:Rhodani ſeruare fluenta
Galli curarent:uis nec adaucta foret.
Heluetios Belgæ contemnunt:Talia noſtros — *Belga qui & uulgo lancinech.*
Ante oculos fient? Vltio nec fuerit?
Iu. O.utinam priſcis eſſet donata poteſtas
Viuendi:talis non foret hoſte metus:
Non Cæſar:non Burgundi:non Auſtria noſtros
Vicerunt ueteres:ulla nec aſpra cohors:
Pa. Nunquid uos iſtis ſimiles? qui pocula Bacchi
Grandia:uel plumas concupiere leues
Verum non animos uobis ita deeſſe putamus:
Quin hoſtes cum ſit lacerare truces.
Iu. Nonne recens mentem ſubiit uictoria parta?
Vos phaleræ:Torques:gemmaq; fulua manet
Præmia ponamus:data dextera Maximiano
Atq; aliis:nec non eſt reuerenda fides.

Pa. Hiſpanis monitus Prorex a Maximiano — Vicerex hiſ. Raimund.
Attulit incaſſum:milite:rebus opem:
Iſte fatigarat Patauinis Ductor in oris:
Euganeos:potuit quis rapuiſſe nihil.
Iu. Prædari tantum potuit:nulla oppida:nullam
Vrbem ui cœpit:ſit licet arte uafer.
Brixia Cantabricas acies munita recepit: — Brixia ſub Hiſp.
Obſidio Venetam preſſit acerba Cremam. — Cremæ obſeſſio.
Pa. Liuianus poſtq̃ ſubito calcare ſecutus: — Liuianus ſequitur uiceregē.
Traiecit Prorex ponte ſubinde Padum: — Leo pont.
Coniunctas cupiit legionibus eſſe leonis
Pontificis Decimi Cantaber ille ſuas.
Iu. Profeciſſe parum docuit poſt exitus:ultra
Eridanum hoc pulſo Bartholomæus ouat:
Qui:poſtq̃ longum ſuſceperat Abdua pontem:
Laudenſi turmas ordine ſtruxit agro:
Pa. Dux Microcoſmus adit Franciſcũ pectore Regē
Terribili:ſacrum ſic Diadema rogans:
Da mihi ſim:gladios qui ſtringam primus acutos
Contra tam fortes(fertur ut)Heluetios.
Iu. Gratia:Rex inquit:ſiat tibi:uade:redibis
Quando iubebo:tuis ſtrenue militibus.
Legatum Heluetii Regi miſere ſuperbum: — Legat.Heluetio:ad regē.
Indicat Gallis prælia dira:necem:
Pa. Tale Datũ eſt huic reſponſum Diademate ſacro:
Finiit ut proceres conſuluiſſe ſuos:
Decertare in uos nullis mucronibus opto: — Fran.Regis Reſponſũ.
Munifica ſtype uos proſequar:atq; colam.

Iu. Rettulit Heluetiis responsa superbior extans
Nuncius:atq; animos ad fera bella dedit:
Pollicitus grandes Thesauros:si sua palma:
Acquisituros:& pretiosa:foret.

Pa. Exploratores iam iam mittuntur utrinq;:
Eridanum Hispanus transeat:hiq; monent.
Fit quoq; Franciscus Rex certior:esse propinquos
Heluetios:pugnæ cornua structa paret.

Iu. Interea medium Phœbus transcenderat axem:

Chronogra: Meridiei.

Tympana cum pugnæ dant sua signa feræ.
Borbonius credens:bis fœdera posse notata
Seruarie esse illos haud putat Heluetios.

Pa. Lumina tum dederat tenui defessa sopori:
Cum Duplicatus ait nuncius:hostis adest.
Arma petit frendens Ductor:propriusq; ministri
Circunstant:ocreas hic dat:& hic gladium:

Borb. ducis uerba ad Regem.

Iu. Regem adit:& galea trāsmissa uoce profatur:
Me non decepit punica nota fides.
Disponā ipse acies:Tu Rex submitte phalangem
Mox equitum:his dictis ille reflectit equum.

Pa. Nec mora Borbonius. Triuultus & istruit agmen:
Cui data summa fuit gloria:summus honos:

Petr. Nauari.

Petrum Nauarrum:prestio esse:deinde uocarunt:
Ars cuius nota est Dædala:ua fia nimis.

Ordo acierū Torm ēta bellica. Belgæ.

Iu. Bombea Borbonius dextra Tormenta locauit:
Quis latum aduerso tunderet hoste latus:
Robora totius Belgas ualidissima pugnæ
Pone locat:seruent uiribus illa suis.

Pa. Vascones in cornu iussit pugnare sinistro: — Vascones.
Immixtus Gallis atq; Salassus erat:
Hos pedites medius primos sex milibus implet
Dux equitum: iratus Rex fuit Heluetiis.
Iu. Profuit o quantum Triuultius atq; Palissa — Pallissa.
In terris rari: præcipuiq; uiri.
Militiæ pollent aciebus & arte locandis:
Lautrechus Ductor cum reliquis ue nitet.
Pa. Franciscus Proceres ad se quoscunq; uocauit: — Oro Frā. Regis ad pceres
Et qui me obseruat corde sequatur: ait
Vos scio facundis non uocibus artis egere
Rhetorices: nullus sit mihi quando lepor:
Iu. Testor cælicolum Regem: præponere paci
Me nunq̄ bellum: bella coactus ago.
In Turcas cupio potius diffundere uires:
Et Tumulum Christi iam reparare sacrum.
Pa. Sternite periuras bis læsi: sternite gentes:
Victores fore nos uaticinabor ego:
Flos Iuuenum cingit Regem: Alenconius ambit — Lāzoni dux retro.
Extremum omne agmen subsidiisq; suis:
Iu. Quingentos equites hic secum Ductor habebat:
Maiestas medio Regia stat q; loco. — Fran. Rex in medio locat.
Agminibus structis: Ductoribus atq; paratis:
Nunc equites: nunc Rex circuit & pedites:
Pa. Incitat his animos dictis atq; aggerat iras:
Gemmato sagulo dum bene fulget equo:
Expectata Dies hodie data: cernere uictos — Oratio Fran Regis ad cōmilitones.
Vt possim Heluetios: cuncta pericla uolo.

Iu. Deserere haud unquã uolo uos:sociusq; laborum
Sempe ero:en adsum:gens inimica uenit:
Heluetio latos spargamus sanguine campos:
Perfidiæ pœnas det mihi & hostis:ait.
Pa. His etenim nuper clausis ergo rite peperci:
Oblatam pacem fœdere dum capio.
Nonne dedit nobis uix dum descendere uisis
Alpibus informi turpia terga Fugaſ
Iu. Q uamuis ascribant titulos sibi nempe superbos:
Attamen hi domiti pluribus;haudue domant:
Voluite Corde precor:quod si uincemur:habemus
In nos totum orbem:currite ad arma precor.
Pa. Additenos hincq; hinc circundare flumina clari
Ticini:ac Magni Populeiq; Padi:
Præda erimus uicti populis non parua futuris
Ne dicam Heluetias:Cantabricasq; manus.
Iu. Augurot at cur hoc nobis tam tristeminaces
Aspicio uultus:uos nec ad arma pigros.
Stringite iam Ferrum:decernite mentibus omnes
Vincere;uel potius belligerando mori.
Pa. Buccina cum belli signum dedit:ecce Sycambros
Hostes inuadunt perpetuo Heluetii:
Arma citi capite arma:suis tinnitibus auras:
Tympana. Tympana pulsantur dum caua:sæpe replent:
Iu. Machina Terribiles emittit ad æthera bombos:
Ordine dum nullo pugnam init Heluetius:
Heluetios rupti mens conscia fœderis urget
In pugnam Gallis maior at ardor erat.

Pa. Heluetios pedites:quos Mutius:atq; Rodulphus
Fidi seruabant:ferrea massa scidit: *Miti⁹ colũna Rodulphus. Chryson.*
Dum Belgæ impauidi:gentẽ quæ prodiga uitæ est:
Viderunt nulla lege uenire:manent.
Iu. Transgressi Tormẽta petunt tunc cominus hostẽ: *Principium pugnæ.*
Diuidit has acies Riuus aqua tenui.
Se Suitensis aqua fossæ demergitur esset. *Fossa.*
Hostali in rippa: clamor utrinq; sonat.
Pa. Indignabantur limoso gurgite mergi:
Principium cædis:pugnaq; sæua fuit.
Bis sunt conati rippas conscendere:bis sunt
Deiecti Heluetii,sanguine Fossa uiget.
Iu. Corporibus postq̃ fuit hæc & plena cruore:
Certauere æqua planicie ambæ acies.
Vtraq; collatis pugnarunt agmina signis
Iam se se oceano Sole latente mari.
Pa. Attamen immoto pugnabant ordine utrinq;
Bombea dissoluit machina nulla uiros:
Eminus insultans hosta dat multa Rodulphus
Corpora tunc letho: Tuq; Motine peris: *Motini mors*
Iu. Tempora transfixit ferro:ceruixq; pependit:
Vamnasius morti succubuitq; feræ. *Vãnasi⁹ pit. Vãdrom.moritur.*
Qui uenit uenula periit Vaudromius urbe:
Atq; inter Belgas Brandens alta facit.
Pa. Brandens occidit uultu insultante Rodulphum: *Brãdei uirtus Rodulphus. occisus.*
Plurima contra illic iurgia ut aspra tulit.
Crura huius nudata armis sub poplite:parte
Qua speranda fuit palma minus:secuit

Retrahũt se Belgæ.

Iu. Tum uero Heluetius non parua concitus ira;
Postratum uidit cum periisse Ducem:
Hostes insequitur tanto impete:Belga retrorsum
Cederet ut sensim:uix caperetq; fugam.

Pa. Cardineas acies tanta feritate ruentes
Sicut apros uix gens Gallica sustinuit.
Francisci Regis præsentia florida quantum
Profuit:& procerum concomitata cohors.

Pedes it Frã. Rex.

Oratio Fran. regis ad milites.

Iu. Ludouici successor enim Franciscus in agmen
Heluetium primus fertur iisse pedes:
En adsum o socii iam iam moriturus in isto
Agmine uobiscum:quisq; sequatur:ait.

Michaelius. aciẽ restituit.

Pa. Emicat ex belgis ardens Michaellius ille
Restituens aciem:deinde aliiq; Duces.

Brandeus. Tarsonius.

Brandeus hinc tanti fuerat q causa tumultus:
Hasta Tarsonius congrediturq; noua

Iu. Instaurata acie rursus fera prælia miscent
Aequantur gemitus:inq; uicem lacerant.
Aethera consertis turmis:ingentibus hastis
Inter se fractis:clamor ubiq; ferit.

Pa. Ictibus & crebris uolitare per aera pila
Suspiceres:cæcas pulueris & nebulas.

Fran.borbõii fr.moritur.

Borbonii Germane Ducis dũ irrumpis in hostes:
Vtq; Leo pugnas:deniq; morte cadis.

Iu. Annosam ueluti certant detrudere quercum
Emissi uenti carcere ab Aeolio:
Hi sic Heluetii Iuuenis circundare Corpus
Optauere:huius pectora uel feriunt.

Pa. Quos:& Quot letho dederit Franciscus omitto: Fran.Borb. frater.
Conuersa in Iuuenē hunc est inimica phalanx.
Sternitur ignotum passim sine nomine uulgus:
Et cædis finis nullus amicus erat.
Iu. Quis cladem illius noctis:quis Funera uates
Exprimat:o quantus terror utrinq; fuit.
O quot plangores morientum:quot ue dolorum
Voces:implorant numina quisq; sua.
Pa. Aeton:Eumenidas:illuc:Plutona putares: Pluto.
Et Phlegetenteos arma tulisse canes:
Illic infernas sedes:barathtumq; profundum:
Quo pœnas animæ dant:sine speq; dolent.
Iu. Pugnatum est:donec Phœbe splendebat:utrinq: Luna.
Maneq;:succubuit:fugit & Heluetius.
Prælia nocturnum tempus calefacta diremit:
Optatur clarus nocte nocente dies.
Pa. Talia Matthæus:Rex &:dubiosa uidentes:
Ad sua signa uolet quisq;:repente canunt. Sycābri uulgo lácinech.
Ecce Sycambrorum turmis diuellitur unus:
Inter & Heluetios dormit:abitq; leuis.
Iu. Vera refers:dicebat enim se tradere letho
Velle truci sibi qui uulnera acerba tulit:
Clam noctu rediens ad Regem accessit:& illum
Admonuit:faciat:ne quis inermis eat.
Pa. Causa erat:Heluetios oblata sorte parari:
Vt facto Gallos impete nocte petant. Nouaria.
Talis erit clades fortasse:Nouaria qualem
Intulit:aiebant pectore:& ore suo.

Iu. Nox tota illa acies armatas terruit ambas:
Nec Galli stratis desiliere feris.
Affecti magno pedites equitesq; labore
Optabant finem posse uidere rei.

Chronographia Diei aduentantis.

Pa. Lampade Tithoni coniunx Aurora rubenti
Spargebat terras: cum sonuere Tubæ

Corybant.

Vix Corybanteos tinnitus Tympana plectris
Effudere suis: rursus ad arma ruunt.

Iu. Asperius nullum certamen dixeris unq̄:
Armatos ab equis deiiciunt pedites
Vnusquisq; potest merito laudare Sedunos:
Qui se gesserunt tam bene Marte fero.

Crudel.

Pa. Non humana queat crudelia lingua referre
Prælia: profecit nil fuga: nilq; preces:
Nil clypei & galeæ: loricæq; proficiebant:
Obuia crudelis cuncta Machaera secat.

Dōati facel.

Iu. Si conferre uelis Donati bella facelli:
Plena cruore quibus tota madebat humus:
Deuicti Emathiis: Pompeii: a Cæsare campis:
Hannibalis: Turni: gesta fuere nihil.

Pa. Paulatim succumbentes strinxere manipios
Heluetii: incolumes sint & ab hoste putant:
Stat contra Gallus galeato uertice: fortis
Quem sonipes sonitu quadrupedante uehit.

Iu. Gallia tunc uoluit cunctas effundere uires:
Gloria ne lateat gallica utrunq; polum.
Iacturam tamen ingentem sensere phalanges
Ambæ: quo uenus est connumerata die.

Pa. Iste dies ater:priscis si credere dignum est
Romanis:Idus qui sequeretur:erat. | Atri dies.
Idibus incoepta est Septembribus horrida pugna:
Quae male pro Heluetiis deinde peracta fuit.
Iu. Hinc Rex Franciscus:hic Dux Triuultius:omnes
Hortantur:durent ad fera bella:suos.
Hi modo uisebant equites:modo resque pedestres:
Coram Rege suo Quisque mouere manus.
Pa. Nunc ictus geminant dextra:nunc atque sinistra:
Dum pratis hostes limitibusque cadunt.
Consita planicies fuerat quae uite:cruentis:
Sponte recisa fuit:tecta cadaueribus. | Planicies Vitiferacaesa Crudelitas pugnae.
Iu. Mile necis species:& plurima mortis imago:
Huic obtruncantur foemora:crura:caput
Hic naso auulso monstrum deforme uedetur:
Hic cerebro caret:Hic fixus utrunque latus.
Pa. Telo alii:strictis alii mucronibus ictus
Excaepere suis:spe sine:corporibus:
Vllo obseruato non ordine:denique bellum
Crudele:Horrendum:funebre:triste fuit:
Iu. Bussius:& Telamon:ac Imbelcurtius una
Ex Gallis morti succubuere probae. | Bussius:& Telamon.&. Imbelcurtius moriunt
Borboniique Ducis Frater:qui strenuus alter
Hector erat:Fortes inter obit equites. | Franciscus. Borbonii ducis fr.occisus
Pa. Parte Sedunorum periere Centuriones
Quinque:uelut maior pars numerare solet. | Centuriones qnque desiderati.
Nec minus ille comes mira uirtute probandus
Balbianus sensit corpore uulnus atrox. | Balbiañ.Co. uulneratur.

Chronographia. Solis equi.

Iu. Aeous:Pyroisq;:Phlegon:Aethon: & anhelo
Pene ascendebant iam medium:oreq;polum:
Cum perstante fero dudum Mauorte:Sacratus
Rex:& Triuultus terga Ferire putant.
Pa. Interea Venetum Dux strenuus affuit ille
Bartholomæus habens agmina multa simul:
Vrsinam cupiens illustrem reddere gentem:
In medios hostes Irruit ecce Furens.
Iu. Sãguineus Mars alter erat Microcosmus in armis:
Hortantis cuius concio acuta:breuis:

Barth. Liuiani Subsidiũ.

O socii:ne terga date:est laudatus in omni
Aeuo:qui bellis non sine honore perit.
Pa. Subsidio tali:facile defessus in armis
Heluetius Fugiens turpia terga dedit.
Rex sacer infensos ita iam contriuerat hostes:
Triuultusq;:enses ne tolerare queant:
Iu. Quãuis parta foret tandem uictoria Gallis:
Vrsinus:citior: si properasset:erat.
Veh miseris:debellatis:pugnando Sedunis:
Cum uim senserunt:prata per:Italicam.

Heluetiorũ laus.

Pa. Effera gens apros imitatur:dente feroci
Obuia tela petens:nec nisi uicta fugit.
Hi uelut abruptas rupes:montes & opacos:
Sic nemora & saltus:ista Seduna colit.
Iu. Hic dux Borbonius:dux Alenconius: Heros
Lautrechus:nafer & mira Palissa gerunt.
Atq; alii:longum quos esset uelle referre:
Ardua Triuultus dux Theodorus agit.

Theodorus

Pa. Ex Venetisq; duces: Vrsini filius ille
Nicolei: pugna qui tener occubuit. *Pythiliāi. eo, filus mour.*
Paulus Manfronus: Baionus: Gritaq; tertius
Andreas uisi sunt sua castra sequi: *Paulus Manfronus Baionus. Andreas grita.*
Iu. Se Mediolanum uexillis pone relictis
Inde receperunt non procul Heluetii.
In fossam cecidere cauam plerique Seduni
Dum plantis alas addidit ipse metus.
Pa. Deniq; Franciscus signo praeconis in unum
Triuultus quoq; dux agmina cuncta legunt.
Inueniunt castris Gallorum milia septem
Defecisse suis: gratiaq; acta Deo. *Caesorum Numerus.*
Iu. Heluetios numerasse ferunt: compertaq; bis sex
Milia: quae dira sunt data sorte neci:
Blandiciis erga Triuultum: ac Bartholomaeum:
Quot sit rex usus: nemo referre queat.
Pa. A Mediolani discedunt urbe: Seduni
Relliquiae Senonum: lustraq;: & antra petunt:
Nec mora Pōtifice est Parma: atq; Placētia: summo
Reddita regali liligeroq; throno. *Parma & placentia Regi restituuntur. Leo pont. Max.*
Iu. Foedus init cum Francisco decimus Leo Rege
Maximus Antistes: uiuat ut absq; metu.
Discedit Prorex illinc Raimundus: hiberus
Parthenopen: paucos Brixia datq; tibi.
Pa. Esse satis ductor sibi Cantaber ille putauit:
Si rebus posset consuluisse suis.
Clauditur arce Iouis mox Sfortia Maximianus:
Seq; tenet forti milite Magnanimus.

Arcis Iouis expugnatio.

Iu. Noctibus assiduis ac expugnata diebus
Tormentis crebris arx Iouis illa fuit.

Nauarrus. Palissa.

Nauarrus solitas sese conuertit ad artes
Deuicit tamen hanc ille Palissa magis.

Pa. Quicquid enim fecit Nauarrus:ut occupet arcem:
Est ascribendum rite Palissa tibi.
O quam Francisci miranda potentia Regis:
Inuictum ac durum cui nihil esse potest.

Arcis Iouis & Max. Stortiæ Deditio

Iu. Maximianus ubi Senonum molimina sensit:
Quanta sit in cunctos Regia uel pietas:
Dedidit:& regi Francisco tradidit arcem:
Mox pepigit quicquid constituere duo.

Pa. Excipis hunc iuuenem:iuuenis Francisce: benigno
Vultu:uos ætas una facit similes.
Est Iouis illa dies niueo signanda lapillo:
Qua Mediolanum rex pius ingreditur.

Iu. O quot tunc proceres:flos Gallicus:in phaleratis:
Atq; auro ornatis quisq; sedebat equis.

Fran. Regis Clæmētia & Pietas

Maxima Francisci pietas:clæmentia:Regis
In Mediolanum:uulgus & in uarium.

Pa. Sunt data militibus duplicata stipendia Rege:
Author ne tanti Rex foret exitii:
Maiestate uiri tanti:Regisue corona
Attonitos pugna:quis negat Heluetios:

Iu. Hi si nescierant tergum dare:tunc didicere:
Triuulto simul & castra regente duce:
Quicquid enim gestum est(liceat si uera fateri)
Non tantum Regis sed ducis extat honor.

Pa. Auſpice Franciſco geſſerunt omnia Galli:
Ornabunt cuius laurea ſerta caput:
Diſtinguenda tamen laurus Phœbea uidetur:
Dimidium laudis ſit ducis:opto:mei.
Iu. Heluetiis domitis Regum domitoribus orbis
(Vt ſe iactabant ſæpius)atq; ducum:
Deceſſit Venetis qui præfuit ecce maniplis
Liuianus dux:& Brixia cincta fuit.
Pa. Obſidione diu promitur dum Brixia: poſcunt
Triuultum ſibi Rex donec habere ducem:
Inſuper oblatis donis ingentibus:ampla
Et ſtype:gratuitam dux tulit almus opem.
Iu. Adriacas turmas Triuultius induperator
Rexit bis menſes:Regis amore:duos.
Cum reliqui Genio:placidis & in urbe uacarent
Luſibus:hic luſtrat caſtra labore:uigil.
Pa. Dum ualidi iuuenes iuuenilia membra fouerent:
Ah uegetus patitur dura & acerba ſenex:
Tanta in Franciſcum pietas Triuultia Regem:
Quem placitis uoluit præpoſuiſſe bonis.
Iu. Brixia nollebat Venetis ſe dedere:captam
Cantaber:& Cæſar:quam tenuere diu:
Triuultus dux:Triuulto regimen Theodoro:
Quem ſuffecerunt Euganei inde tulit.
Pa. Viſum eſt:ante hoſtes terreri nomine ſolo
Triuulti obſeſſos urbe:nec ire feras:
Qui:poſtq̃ magnus Triuultus caſtra reliquit:
Erupere:famem & compoſuere cibo.

Bartholãeus. Liuian⁹ moritur. Brixia iterũ obſeſſa.

Triuul. Dux uenet.

Perſeuerãtia Triuul.

Theod Triuul Dux uenet.

Subſidiũ datum Brix.

Aduent. Max. imperatoris i italiã
Galeat ducis comes.
Eques pusterula.

Iu. Præterea Romanorum Rex Maximianus
Hyspanis sese iunxit:& Heluetiis.
Cũq; his Matthæus:Galeatius & uice fulget
Est comitum:uel eques Pusterula ille ferox.
Pa. Cæsar ut innumeras se coniunxisse phalanges
Vidit:in Italiam sponte reflectit iter.
Brixia Cæsaris animum deditinsuper idem
Cantaber:& pugna cognitus Heluetius.
Iu. Collectis sacramentis Rex urbe Tridenti
Veronæq;:lacus instat adire suos.
Benacus placuit:sed non minus ille Sebinus:
Atq; Salundini iugera amœna soli.
Pa. Cæsare capta fuit Piscaria:pons quoq; uictus:
Asula tormentis est male uisa capi.
Ipsum ne frustra tempus consumeret: urbem
Insubrium magnam Cæsar adire parat:
Iu. Tunc Galli:Venetiq; suas opponere moles
Tentarunt:ubi nunc Abdua rite fluit.
Borbonius dux:& Lautrechus:duxq; Palissa
Cum reliquis:animo magna mouere suo.
Pa. Ni tantis Heros Triuultius adesse periclis
Dignatus:casus quam dubiosus erat.
Quantus amor:quāta estq; fides:Triuultius æger
Lectica uectus Regia castra petit.
Iu. Traiectum flumen postq̃ fuit hoste:recepit
Se Mediolanum Gallus & Euganeus.
Amissum Heluetius iamiam sperabat honorem:
Insuber in patriam posse redire suam.

Lacus Sebi. Salundium.

Piscaria. Asula. Pons uictus.

Max. Imperator Mli uēit.

Lectica uect⁹ Triuul.

Galli Mediolanum reducuntur.

Pa. Vt Mediolano uicina suburbia Cæsar Suburbia Mľ. cremata.
Attigit:absumpsit quæ (miserum) ignis edax:
Decreuere fugam moliri nocte sequenti Fugã parãt Galli.
Celtæ:ni Magnus dux Iacobus erat.
Iu. Pollicitus sese caput & res depositurum Triuul. Gallos morari hortatur.
Coram Rege:mora hæc ni sua palma foret:
Cæsar ubi nullos fieri uidet urbæ tumultus:
Atq; hac nolle hostes cedere:tristis abit. Imperator Mľo discedit
Pa. Prouisum est:ne quis turres conscenderet altas: Cãpanæ phibita ne pulsarentur.
Et sacra tinnitu tunderet aera nouo.
Nonnulli ascribunt Andreæ incendia Gritæ:
Quãuis bellorum more fit illud idem.
Iu. Quidam etiam affirmant incensa suburbia Gallis:
Ne Romanorum Rex latitare queat:
Id tamen o quantum uetuit Triuultius heros:
Ni fieret:miseros cõmiserando pius.
Pa. Ast ego Vulcanum puto cunctos æthere diuos: Vulcan.
Contra Cæsareas igne:uocasse manus:
Ignea tela:faces hisq; omnibus exhibuisse:
Hostis ut effugeret Marte repente suo.
Iu. Vstis donauit Rex uectigalia tectis: Vectigalia donata.
Publica quo minus conciliatus amor.
Se Mediolani prope mensem continuere
Gallorum proceres:Adriaciq; simul.
Pa. Maxima Triuulti prudentia cognita Magni:
Seruauit turmas quando:ducesq; suos: Prima Impatoris uirtus.
Induperatoris uirtus est prima:periclis:
Visis:non acies exposuisse suas.

Iu. Ni maiora:metu damni: emolumenta fuissent:
Nunq̃ Triuulto prælia uisa geri:
Cautus enim melior:quam dux temerarius extat:
Catōis dictū. Sat cito si fiat:sat bene:censor ait.
Pa. Commoda sectantes magno discrimine parua:
Vt stultos homines:dux habuitq; leues:
Ham. Aureus Esse inquit similes hamo piscantibus aureo:
Pensari abruptus quí male pisce potest.
Iu. Dum Mediolani Senones Venetiq; morantur:
Flumineas sensim transiit hostis aquas.
Abdua dispersos:laus & Pompeia maniplos
Laus pomp. Olli ..s:& madido Mintius ore uident.
Heluetiorū discessus Mediolano.
Pa. Laudensi regione tamen perstare Sedunis:
Prædari Angelicas & sine lege domos:
Sāct. Agnel. Qui Mediolanum nequaquam posse reuerti
Sperantes:latebris se occuluere suis.
Iu. Ah domus Anguigen Galeati funditus ampla
Est æquata solo:res male facta quidem:
Quot gemitus fudit Triuultus:quotue dolores:
Non posset tantum cum prohibere nefas.
Pa. Concilium ingressus Procerum:res pessima: dixit:
Oratiuncula Triuul. Exemplumq; hæc est usq; datura malum.
Turpius est quid enim:quam:si nō plectere possis
Aeqmelium. Quēq̃: sæuire in parietem & innocuum.
Iu. Non Aequimelium est imitandum:tale facessat
A uobis facinus:sit quoq; tuta domus.
Gallia consurgens:uolumus sic:protinus inquit:
Sic leges nostræ;Rege uolente:iubent.

Pa. Sacramentorum discessu Maximiani:
Cui raro arrisit calua leuisq; Dea:
Extendere suas legiones undiq; Galli
Cum Venetis:rursus Brixia pressa fuit.
Iu. Brixia non potuit toties obsessa:labores
Tot:nec tam longam plus tolerare famem:
Dediturāq; manus Venetorum petuenit:Arci
Præsidium pacta conditione datur.
Pa. Heu misera expectat cladem ac crudele flagellum
Vrbs Verona:potens ni Deus ista uetet:
Hæc authoratas a diuo Cæsare turmas
Suscipit:armati militis atq; globum.
Iu. Verona est Venetis & nunc circundata Gallis:
Quæ nondum facta deditione tremit.
Attamen hæc ferme cōmunis opinio cunctis:
Venturam in ueteres Adriacasq; manus.
Pa. Audistin Iuno?transactis ista diebus
Fœdera?sensistin bombeum ab arce sonum?
Arce Iouis fulsere faces e turribus altis:
Vrbeq; tinnitus templa dedere sacros.
Iu. Audiui:& sensi:credin te Pallada scire
Omnia?post fœdus pax erit Heluetiis.
Conuenere simul Germanus:Gallus:Iberus:
Exul & in patriam quisq; redire potest.
Pa. Lautrechus Gallos summa grauitate gubernat:
Triuulti Venetos tu Theodore regis.
Spero mihi dabitur tempus quandoq; canendi
Hos ambos campo liberiore duces.

Maxim. Imperatori Fortūa raro arrisit.

Brixiæ deditio.

Verona nūc etiā obsessa.

Faces igneæ ob fœdus.

Fœdera ipræsens icta.

Lautrech. Gallici exercitus ductor. Theodorus Triuul. Venetorum ductor.

Iu. Induperatores prudentes Pallade constanti:
Quos bona fortunæ sunt comitata duces.
Corporis hos ornant generoso stemmate dotes:
Illustres fiunt hi magis inq; dies.

Pa. Maxima Lautrecho laus est:urbs Brixia capta:
Verona at tandem dedita:maior erit.
Extat Aquitanus decus ingens:Fussum &:origo
Vnde fuat maior:cum bene cuncta regat.

Fussum.

Iu. O deti famam uulgarunt gallica bella
Italaq;:& tulit huic pene Rauenna necem.
Vulnera nam sensit:cum Fussius ille:reliquit.
Qui Fussum:cecidit istius ante pedes.

C detus lau-trech.

Pa. O deto dedimus tria nobis insita pulchra:
Inuentum:uerbum:factaq; digna simul:
Lautrechum ad laudē currentem interpretor:alto
Quem facit acceptum sacra latria Deo.

Lescū. Thōas

Iu. Nec minus Imperitans Lescuno frater eandem
Ad laudem celeri cum pede tendit iter:
O quantum Thomas est ueræ laudis adeptus:
Cum præceptori Mitra relicta suo.

Tarbēsis epis-copus. Man aldus. Sctā colūba

Pa. Iuxta Lautrechum Tarbensis Episcopus astat:
Interdum hunc circum sancta Columba uolat:
Antistes grauis ille grauem colit usq; Manaldus:
Hæc mage:quam simplex:callida præstat auis.

Magn. Sapi-ens laut.echi

Iu. Lautrechium appellat sapientem gallia Magnum:
Qui merito Regis supplet:habetq; uices.
Ipse gubernator modo citra Regius alpes:
Triuultum:cum urgent prælia:substituit.

Pa. Hos esset magnos Triuultus adeptus honores:
Si sibi curasset talia sceptra dari
Ne tamen obsequium Regi præstare negares:
Res quoties uoluit dux Iacobe tregis.
Iu. Consiliis Iacobe tuis nunc omnia fiunt:
Cui rerum est usus: cognitioq; seni:
Ergo ascribantur præconia debita Magno:
Triuultus titulis gaudeat ergo suis.
Pa. Dixi alias laurum Triuultum iure mereri: Laurum Triuulzi meretur.
Francisci auspiciis omnia gesta licet.
Nonne tibi Iuno bene se gessisse uidetur
Omnibus in bellis in quibus iste fuit?
Iu. Optima tu loqueris: sed si simul omnia confers
Triuulti Magni gesta: quid hoc fuerit?
O quot Triuultus fertur meruisse Triumphos:
Quos taceo: quia non uis adhibere fidem.
Pa. Credimus: at ast ego nunc maiorem duco triumphis
Sarrachi tractet si bene iam patriam:
Est uespola tum: quamuis uetus huius origo
Ticeni clara nobilis urbe fluat.
Iu. Sarrachum genuit Gaudentius: atq; Beatrix: Sarrachus. Vespolatum.
Post obitum uixit quæ tria lustra uiri:
Hos ætate pares studui coniungere Iuno
Pronuba: nil horum lætius ore fuit.
Pa. Q uintilis (dictu mirabile) mensis eosdem Gaudentius. Beatrix.
Connubio iunctos abstulit una dies.
Maiorem Michaelinum: natumq; minorem
Andream: binos progenuere mares. Michaelinus Andreæ Sarrachi frater.

N y

Iu. Virtute insignes: præstanti corpore natas
Sex uidi: quarum mox obiere duæ.

Tega uirilis.

Assaracus sumpta quãprimum ueste uirili
Se Mediolanum contulit: hic didicit.

Loisi. niceco.

Pa. Anguigeri subiit tris annos tecta Loisi:
Prodesset natis ut sua musa tribus.

Landi. Trebia.

Landa Placentino Trebia domus: est ubi rippa
Alta: fluens: doctos optat habere uiros.

Cõrad. land.

Iu. Assaracum Landus comes & Conrandus amauit:
Elegit: ptoli sit quoq; norma suæ.

Albert. land. Octauianus land.

Splendidus Albertus: præstans Octauius alto
Ingenio: infelix Ascaniusq; puer.

Pa. Conradi soboles Sarrachum est ista secuta
Paulo plus annis: uera canendo: tribus

Soncinates.

Hinc Soncinates adiit plærũq; professus
Vates: historicos: Assaracusq; palam.

Hamilchar Anguiss. Hannib. fil. Marsilius Anguiss. Nicolaus Anguiss. fil. Sacerd. Sarrach.

Iu. Editus Hanibale: est hoc: Anguissolus Hamilchar
Doctus: Marsilio Nicoleosue satus.
Octauo & decimo Soncini mense peracto:
In patrium uoluit deinde redire solum.

Pa. Hoc bene uix tacto: rectoris flamen olympi
Fit: Mediolanum deligit & patriam:
Est Mediolani ciuis Sarrachus: aristis
Bis septem Insubrium mœnia qui coluit.

Sctũs Matth. ad baccherã Mediolani. Andreas Fagnã Doctor. Baptista Fagnan.

Iu. Iste domũ ueterem: sed amœnã ad sceptra sacelli
Diui Matthei sic uocitata colit.
Fagnani: Andreas doctor: Baptistaq; frater:
Andream ædiculæ præposuere sacræ.

Pa. Lucia Baptistæ coniunx:matrona pudica: Lucia.
Est Author tanti:Penelopea:boni.
Sex horum natos liquidas Aganippidos undas
Assaracus docuit:libetrides& Deas.
Iu. Hos tua germanos ornat prudentia senos?
Gaspare cognosco mitius esse nihil. Gaspar Fagnan.
Septenum numerum primus Maphæus adauget Maphæus Fagnan.
Sed cur Sarrachum hunc:Assaracum&uocant?
Pa. Aeneæ proauus:manarunt unde quirites: Aeneæ pau. Assarac.troianus.
Assaracus Latium Troius ille tulit.
Et quia quadrigæ signo imprimit annulus udo Sarrach. qre.
Sarrachum merito quisq; uocare potest.
Iu. Displicet hæc tua non nobis sententia:Pallas:
Ergo ad Triuulcium: Iuno redibo ducem.
Se superatum Matthæum sæpe professus: Matth.Cat.
Gaudeat hinc omnis uicus ubiq; meus.
Pa. Si tuus est:meus est potius:diplomata prisca
Cui condonauit Præsul:& asseruit.
Famam immortalem:summū Matthæus amorē: Vespolat.ū Fossa.
De Vespolato quam bene promeruit.
Iu. Diuinos meruit tunc dux Iacobus honores:
Cum uicum fossa cinxit & excoluit.
Paruaq; cum geminæ clauserunt mœnia portæ: Portæ Vesp.
Hæc fieri solus homine coegit amor?
Pa. Spectamus:nec nosiquæ sunt uentura:fatemur
Scire:Deus sapiens unicus illa potest.
Stabit pollicitis Triuultius hercule factis:
Quem nil immutat:quem colit alma fides.

Iu. Quisnam igitur cecinit melius? dic: obsecro uerũ:
Iunonis cantus suauior hercle fuit:
Iuno ego sum coniunx: necnõ soror alma tonãtis;
Cui nisi concedis: turpe Minerua tibi est.

Pallas a cerebro Iouis nata Iuno sterilis.

Pa. Sum Dea nata Iouis summo de uertice: quando
Te sterilem uidit Iuppiter esse Deam
Non est: quod toruo tantum Saturnia: uultu
Prudentem: placidam: Pallada despicias.

Iu. Non equidem ignoro: te uictam nolle fateri
Vnquam: ni lites arbiter ante secet.
Vis committatur: Pallas: contentio nostra?
Vis sanum sano iudice iudicium?

Pa. Et placet & cupio sententia iusta feratur:
Inter nos nunq̃ pax diuturna foret.
Est hominum mihi suspectus: nullus ue Deorum:
Seu Dea sit: quæ nos composuisse uelit.

Fidei Aduẽt.

Iu. Nescio quæ mulier: uiden o Tritonia nobis
Occurrit: nostin? nobilis hercle Dea:
Est Dea: quo propior mihi fit: uideor, quoq; nosse
Hanc; sed non memini rite: Deã estq; Fides.

Pa. Et uideo & noui: quo nobis illa propinquat
Ocyus: est cunctis Diua notanda Fides.
Alloquere hanc: nostras si uule componere lites:
Sola Fides ambas compositura Deas.

Salutat Iũo. Fidem Deã.

Iu. Accipio tua dicta: Deam nunc alloquar illam:
Nunquid onus tantum sumere prompta uelit?
Salue sacra Fides: aduentum optauimus olim
Sæpe tuum: inter nos maxima lis oritur.

Fi. O mihi dilectæ nimium saluete sorores:
Quid sibi uult talis:tantus & iste furor?
Cur nestros animos crudelis uexat erinnys?
Cur sunt aduentus anxia uota mei?
Pa. Salue ueta Fides:uero sincerior ipso:
Quam semper colui:quæ mihi chara manes.
Nos disceptamus super hoc cognomine Magni
Triuulti:noluit Iuno dedisse:nego.
Iu. Iuno ego sum Magni cōiūx Iouis:& soror:authōr
Nominis est Magni Iuno putanda Dea:
Fida Fides iudex fueris certaminis huius:
Aequa lance dabis iudiciumq; tuum:
Pa. Quāuis sis Magni coniunx Iouis:est nē probādā
Hæc ratio:dederis nomina Magna ducis?
Discutiat nostras sententia iusta querellas:
Sit Fidei:finis litibus:opto labor:
Fi. Displicet hæc multum mihi disceptatio uestra
Nanq; alii mallem subiiceretur onus:
Si tamen id cupitis:nullum declino laborem:
Sed ne pœniteat deniq; uos:moneo.
Iu. Vt lubet efficias:laxas præbemus habenas:
Nec modo te nostrum pœnituisse graue:
Lex tua si contra Iunonem dura feretur:
Aequo perpetiar:quæq; uelis animo.
Pa. Ingredere:oro.Fides hanc non inuita palæstram:
Vnica cui firmos imposita modos.
Magnum appellarit Triuultum Iuno ne Pallas:
Dicito liberius:uox tua finis erit.

Salutat fides Deas duas.

Salutat Pallas fidem.

Cōmittūt lis Dearum duarum fidei.

Oratio fidei. Deæ e cælo i terras descẽdũt & Mlm eligunt.

Frã Rex ãte Tribũal. triũ Dearum. Trinitas Sancta. Christus. Spiritus Sanctus. Inuocatio fidei. Vrgo maria

Fides quid & eius descriptio.

Fides Vñ. Integritas.

Iusticiæ dextera.

Iusticiæ Fundamenta.

Fi· Quandoquidẽ hoc animo sedet:& sic cõstituistis:
Incipiam:mentes huc adhibete Deæ.
In terras alto nos descendamus olympo:
Sit Mediolanum noster in orbe locus.
Adsit Franciscus:nostrum Rex ante Tribunal:
Regali nutu qui mea dicta probet.
Explicet hunc nodum trinus Deus:& tamẽ unus:
Cum Christo aspiret spiritus ille sacer.
Cælicolum Regina faue mihi uirgo:tonantis
Quæ facta es genitrix:intemerata manens.
Calliopen quisquis uelit:Aoniasq; sorores
Imploret:Mariam semper adibo sacram.
Sum Dea dicta Fides regnis rutilantibus ostro
Dignior ac cunctis diuitiis melior.
Pectoris humani donum pretiosius esse:
Quod nullum tentet fallere:iure feror.
Præmia corrumpunt unq̃ me nulla:uocarunt:
Quod fiant:quæ sunt dicta ubicũq;:Fidem.
Nascitur integritas:& uerum proditur ex me:
Mendaces odio prosequor usq; leues.
Iusticiæ mihi pars ascribitur ampla sororis:
Dextera iusticiæ dicitur esse Fides.
Absq; fide nunq̃ potuit quisquã esse fidelis:
Fundamenta de di sola ego Iusticiæ.
Certior humanæ sum portus:& aura salutis:
Me sine nil mundus totus ubiq; foret.
Perfida corda solent meritas mihi soluere pœnas:
Fœdera mortales ne uiolate precor.

Frangere qui rerum gaudebit pacta:relinquet
Et spes iam tenues:deinde relictus erit.
Non illi coniunx:ædes:aut uita superstes:
Nunq̃ expers luctus:at lachrymosus erit.
Si uiolare fidem quisq̃ temerarius ausit:
Aegium tellure:ac æquore:tristis aget.
Nam soleo:quoties uideor despecta: furorem:
In me spernentes:fundere tota minax.
Naturale datum est odium mihi:persequar hostẽ
Perfidi:m:cuius finis ad omne scelus.
Perfidiæ perhibent:mentiri ac fallere:uires:
Impietas secum uincla nefanda trahit.
Bruti progenies:Tarpeiaq; proditionis
Virgo:supplicium iure dedere suum:
In Lusitanos male fidus Cæpio:Galba:
Xanthippus meisus præmia digna ferunt.
Annulus Hannibalem pœnas dare rite Coegit:
Perfidiæ fontem:pro nece uirus habens:
Cum puteis & Accrranos:fumo Nucerinos
Obruit:ut binis iussit abire togis.
Testis eris Thrasimene lacus:quam perfida pœni
Corda:in Romanos uincula:Carcer erant.
Campanos omnisq; alios dimitto rebelles:
Qui plecti meritis prometuere suis.
Belides:& Phædram:Procerin: mœstãq; Eriphylẽ:
Atq; Clytemnestram:læsa furore:fino.
Agrippina suis:Pompeia:Metella:maritis:
Messalina: sacram cominuere fidem.

Perfidiæ exẽpla.
Mentiri.
Impietas.
Bruti filii oc- cisi. Tarpeia.
Cæpio.Galba.
Xantippus.
Hannibal.
Acerani.
Nucerini.
Thrasimen.
Campani rebel.
Belides.Pro- cris.
Phædra Eri- phylæ.
Clytẽnestra.
Pompeia Me- tella.
Messalina.

Portia. — Portia laudanda est Bruti uxor:nata Catonis
Quæ sibi carbones hausit amore uiri.
Lucretia. — Illa pudiciciæ speculum Lucretia:quantum
Debeat esse Fides connubio:docuit.
Romanos semper fecit clæmentia claros:
Sed magis illustres reddidit alma Fides.
Fidei exẽpla — Pœnos legatos non ueros:Scipio maior
Incolumes patrios iussit adire lares.
Anti° Restio Vrbin Gracchus. Scip.pater Aphricani: Marius marii filius: — Experti seruos sunt:Restio:mente fideles:
Vrbinus:Gracchus:Scipio uel Marius.
Deosthenes. — Eloquii graii fons pectora fida probauit
Liberti:seruos:tu Labiene:tuos.
Saguntini. — Quam mœsto uultu sum cõmiserata Saguntum:
Constructo iniecit quæ se animosa rogo:
Petilia. — Quãq Petilinum dolui Cepisse sepulchrum
Re uera Hannibalem:quod tulit usq famem.
Intima cõmorunt ah quantum uiscera claui:
Regul° Atilius. — Quos arca sensit Regulus Attilius:
Germanos Romanorum fecisse probatur
He... — Nil Heduos:solidam ni stabilemq fidem:
Triuul.origo — Ab Gallis Heduis Triuultia manat origo:
Quos Cæsar fidos Iullius esse probat.
Deuictis Gallis Heduus tunc Cæsaris obses:
Fit Mediolani liber in urbe fide.
Triuultius uic° i Galiis — Vicus adhuc Heduos apud est Triuultius:unde
Argumentum ingens:ducta sit alma domus.
Cana fides quare. — Cana fides dicor causis ego sola duabus:
Inuenior canis sæpe quod ipsa uiris.

Vel quia uelata panno digitis tenus albo
Olim mortales me coluere manu.
Hac ratione fidem secretam semper oportet
Esse: quod instituit Rex pius ille Numa:
Dextera sacrata est fidei quoq; non sine causa:
Frons ueluti Genio: membraq; corporea.
Ethnica gens coluit me quondam more sinistro:
Sed Christi dextro me sacra secta colit.
Hæc quia confidit: ueturum quandoq; futurum:
In Christo credit: me uocat atq; fidem.
Nulla fides melior: nulla est præstantior ista:
Quam bene fundauit Christus: & ipse Deus.
Virgine (quod mirum) natus fundauit Iesus
Me ueram (procul hinc prisca nefanda) fidem.
Turba prophetarum prædixerat omnia uatum
Præterita: & quæ sint orbe futura diu.
Innumeras: ne sim uobis prolixa: Sibyllas
Transeo: de Christo quæ cecinere Deo.
Me priscam coluit Tripultius: atq; recentem:
Sed mage: quam Christus repperit inde nouã.
Nemo potest unquã uera ratione probasse
Sinceram quod me læserit orbe fidem.
Fœdi fragos: quibus aut sunt perfida corda: refugit
Assidue: fidos conciliando uiros.
Astream terras linquentem: uel pietatem
En sequerer: nisi tu dux Iacobe fores.
Rara fides: raris quia nunc ueneratur ab altis
Deferor in terras raro Iacobe tuas.

Numa.
Dextera cõsecrata fidei.
Christiana fides.
Virgo maria Iesus.
Prophetæ.
Sibyllæ.
Christus.
Iustitiæ &
Pietatis fuga e terris.

In causa es:quoties summo delabor olympo:
Hospes enim solus:dux Iacobe:meus.
Diximus hæc:uerum longe maiora supersunt
Enarranda mihi liberiore sono.
Sat puto uos olim collaudauisse sorores:
Aeternasse suis carminibusue ducem.
Vos:scio:quo ueri Boreas perduxerit:ill ac:
Triuultum ut caneret:carmen iisse suum.
Seria tractantes dixistis(ut arbitror)huius
Vitam sidereis motibus esse parem:
Nec quenq̃ illota solitas incessere uoce:
Iam reor:inter uos sit mala rixa licet.

Vincere paucorum.

Vincere paucorum fore:cuiuscũq;:putastis:
Bella exordiri:laus data prima duci.
Laudastis satis hunc:acies quod rexit alaudas:
Gesaq;:fortunæ prosperitate:tulit:

Fran.Rex.

Quod bene Franciscum tã digna in sceptra remisit
Quod Mediolanum cœperit arte sua.
Nestoreos utinam uincat Triuultius annos:
Et Rex consiliis pareat usq; suis.

Fran.Regem alloquitur fides.

O utinam mi Rex dulci Francisce popello
Huic Mediolani:ciuibus ac faueas:
Quod nisi perficies:Fidei mihi credito uati:
Ah uereor:ne sit res ruitura breui.

Cyrus. Amici quid.

Cyri imitator eris:qui sceptrum regis:amicos
Censebat:nullus sit metus:adsit amor.
Sunt arces firmæ:sunt munimenta:rescindi
Quæ nequeunt:quatiat machina:siue aries.

Quáuis audierim nullos certamine cantus:
Expressisse tamen non reticenda puto.
Geryonæ triplicem: Triuultius hercule uultum
Fortior effingit: fulmina trina Iouis.
Trinus enim numerus quãoperfectissimus extat:
Impare lactantur Dii superi numero.
Aspicit hic: quæ non unquam: tu Iane biformis:
Plura potes Iano cernere: Magne triceps.
Præteritum: præsens: cernit tempusue futurum
Triuultus: uultus cuius imago triplex.
Hic dici posset cunctis oculatior Argis:
Cernit: quod nunq̃ uidit Aristotides.
Quapropter dabitur iamiam sententia nobis:
Inuentrix Magni nominis ipsa fui.
Sola fides: quæ Triuultum cognomine Magnum
Dixi: non Iuno: nonue Minerua deæ.
Diuitior cunctis si per te: Iuno: fuisset
Triuultus: regni si nimium cupidus:
Si sua prudentes prudentia uicerit omnes:
Si fuerit princeps ordine militiæ:
(Credite si uultis) nil sunt hæc omnia: nil sunt
Absq; inconcussa: & stabiliq; Fide.
Induperatori fuit haud antiquius unquam
Me quicquam: cuius semper amator erat.
Numine sacrato Fidei diuellere nemo
Hunc potuit magnis deniq; pollicitis.
Extra non solum noxam: noxæ quoq; famam:
Me conseruandam censuit usq; Fidem.

Gerlones. Tricorpor.

Trinus & Impar Nũer.

Ianus.

Triuul. a trib⁹ bus uultibus

Argus centũ ocu.os hñs.

Sententia fert prose fides.

Epilog⁹ siue Conclusio.

Tam fuit iste tenax fidei: quod credidit: omnis
  Fructus amicitiae sit: nisi firma fides.
Omne decus uitae sese amisisse putarat:
  Si me: uulgatum: deseruisse: foret.
Perpulchrum cunctis: magis at Triuultus habebat
  Ductori: sacram sustinuisse fidem.
Quid plura: hunc Magnũ si nos cantare uelimus
  Nostrum opus in magnam surgeret Iliada.

Ilias.

Ergo animis aequis ambae tolerate sorores:
  Legem hanc promulgo: laus mihi tota datur
Omnia gesta ducis nostri ruitura fuissent
  Absq; fide: Magnum iure uocabo meum.
Nunc & Apollinea Triuultia tempora lauro
  Cingere: iampridem quam meruere: paro.
Adsis o mi dux Triuulti: suscipe laurum:
  Impono capiti quam Dea fida tuo.

Lauro coronatur Magnus Triuul.

Te Magnum appello: teq; hoc cognomine dono:
  A rebus gestis Magnus in orbe micas.
Vos quoq; scriptorum gestarum ex ordine rerum
  Triuulti ducis: huc honor: adeste chori.
Pieridum nutu: tam digno: diua: poetas
  Vos donaturam munere polliceor.
Ornabo uestros hedera (mihi credite) crines
  Communes uobis huic & erunt statuae.

Hedera & statuae poetis promittunt.

Immortalis erit semper Triuultius Heros.
  Aeternus uatum sidera tanget honos.
Diffundet toto sese Triuultias orbe:
  Posteritas pulchrum: nobile: dicet opus.

Triuultias.

¶ Candidissime lector: quia scimus infelicis esse ingenii malle in furto
deprahendi: q̃ mutuum reddere: ut nostra hæc Triuultias longe abso-
lutior in manus hominū exiliret: ingenue fatemur: cū fere omnes ab
Rege Frācisco res gestas: in nostro dūtaxat libro sexto contentas: tum
rei ordinem: gentiumq; catalogum: ex Aurelio Albutio uate celeber-
rimo accepisse: quo adiutore usi fuimus: & cui tanta debemus: quanta
ne persoluere quidem unquam poterimus.
Præterea uelim scias nos plurimis districtos occupatiōibus Triuultia-
dos impressioni præsidere nequiuisse: ideirco uisum est cū Archetypo
cursim impressa conferre ac annotare: in quibus chalcegraphorum in
curia multa deprauata: omissa: ac inuersa deprahendimus. Si uero aliq̃
nos fefellerint: puto eiusmodi fore: ut unusquisq; mediocriter eruditus
facillime recognoscat. Fo. xy. a tergo uersu. xxiiii. Dea: cū puncto inter
rogatiuo. fo. xyi. a tergo uersu. xxiii. Perq; specus cæcos fo. xxi. a tergo
uersu. xiii. cōmendātur fo. xix. uersu. y. Nō uereor. pone. Pallas. & infra
ubi est Vera laude. pone. Iuno. & sic per ordinem usq; ad foliū. xxiiii. a
tergo uersu. xxy. ubi est Magnorū sub p̄sona Palladis: cū deberet esse
sub p̄sona Iunonis. fo. xxy. a tergo uersu. xxy. Triuulti pariter. pone. Iu
no. fo. xxyi. uersu. xxyi. titulus fo. xxyii. uersu. xxyii. obstare. fo. xxyiii.
uersu. ii. celeri. fo. xxix. uersu. xxi. duob9 fo. xlyii. a tergo uersu. xxy. hac
fo. lix. uersu. i. Matura. pone Iuno: & sic p ordinē ī toto hoc folio muta
Iunonē & Palladē usq; ad p̄fuluisse uersu. i. a tergo ubi nō mutabis sed
dimittes Pallas fo. lxiii. uersu. i. Interea. pone. Iuno: & sic p ordinē ī toto
isto q̃rmione muta Iunonē & Palladē usq; ad foliū. lxxi. ubi icipit Est
Ferdinando & hic dimittes Iuno. fo. lxiii. a tergo uersu. xxy. Venetis,
in eodē. uersu. xxyii. Relliquiæ redactæ. fo. lxxix. a tergo uersu. ii. cura
fo. lxxxi. uersu. xxi. uenere in eodē uersu. xxyiii. celebri. fo. lxxxii. a ter-
go uersu. yii. pascua. fo. lxxxiiii. a tergo uersu. yii. elate. fo. lxxxy. a tergo
uersu. xxy. Petri Nauarri. fo. lxxxyi. uersu. xyii. Suitensis in eodē. uersu
xxi. iuit fo. lxxxyiii. a tergo uersu. xxyiii. indiga. fo. lxxxix. a tergo uersu
yiii gladios. in eodem. uersu. xxyiii. aliis. fo. xc. a tergo uersu. xy. p̄pius
fo. xcii. uersu. xix. hostis. fo. xciii. uersu ix. Aeacon in eodem uersu. x.
Phlegetonteos. fo. xcyi. uersu. ix. premitur in eodē uersu. x. donet fo.
xcyiii. a tergo uersu. i. Indupatores pone Pallas. & ifra ubi est Maxima
Lautrecho. pone Iuno. Sed præpone Maxima cū tribus uersibus se-
quētibus. Deinde subiunge Induperatores etiam cum suis tribus uer-
sibus sequentibus. Reliqua per ordinem procedant.

O

INDEX VERBORVM ET RERVM ELECTRVM.

O ii

O iii

107

108

111 - FINE

Finis.

Registrum huius operis.

F G H I K L M N O. Omnes sunt qua[illegible] qui [illegible] ternus & N qui est quinternus.

[illegible] Mediolani in officina libraria Gotardi Pontici apud [illegible]tyri. Anno domini. M.D.XVI. die. xxiiii. Decembris.





